

HECVBA, & Iphigenia in Aulide Euripidis
tragædiæ in latinum tratatæ Erasmo
Roterodamo interprete.

EIVSDEM Ode de laudibus Britaniæ, Regisq̃
Henrici septimi, ac regionum liberorum eius.

EIVSDEM Ode de senectutis incommodis.



(2) B-16616042

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDO.SAL

Quantum candidè Lector boni græci auctores ab optimo interprete latinitate donati & græcas & Latinas litteras auspiciantibus, afferant utilitatis, nullus est qui ignoret, cum ij qui græco fonte aliquantulū labra proluerunt græcis latina conferentes multum omnino proficiant, & ij qui ex hoc fonte haurire nō poterunt. (nam οὐδ' ἀγὰρ τῶς ἵψ' ἐν τῶν ἀστ' ἔργος; δ' αὐ μὲν φῶτα γένηται) græca latina facta legentes & delectentur & proficiant. Nos ergo qui semp studiosis prodesse quoquo modo uolumus, ad meliorem ipsorū frugem nuper Dioscorida Anaxarbei de medica materia libros interprete Marcello Vergilio secretario Florentino uiro nostri seculi litterarum nobilitate clarissimo, edidimus, græue quidē opus & in quo multum excusores laborauerunt. nunc autem quasi a tanto labore quiescendū græcia excudendas curauimus Hecubam & Iphigeniam in Aulide Euripidis tragædias ab Erasmo Rotero-damo homine & græce & latine doctiss. carminibus tam fideliter tam eruditè latinas factas ut equidem ausim affirmare ipsū Euripidem, si iteꝝ Romanus homo reuiscat, haud aliter ipsas eē factūꝝ. Accipe igitur quicunq; es uel græce uel latine eruditus bona aui has Erasmi tragædias, mox alia multa et latina et græca accepturus, si dii corpūs nostris aspi-rauerint. Vale.

GVLIELMO ARCHIEPISCOPO
CANTVARIEN.PRIMATI
BRITANNIAE ERA/
SMVS ROTERO/
DAMVS .S.

CVM in animo statuissem Praesul amplissime, uertendis græcis auctoribus rem theologicam, deum immortalem quā indigne sophisticis nugis deprauatā, prouirili mea uel restituere, uel adiuuare, ne statim iuxta Græcorū adagionē, ἐν τῷ τῶν τῶν μετὰ μετῶν periclitari uiderer, & ad tantū munus illorū (ut aiunt) pedibus irrumpe, uisum est mihi prius piculū facere, quā non lussissem operam in utriusq; linguae studiū insumptā, idq; in re difficillima qdem illa, sed tñ profana, quo pariter & negocij difficultas ad meditationem conduceret, & siquid esset peccatum citra sacrarum scripturarū iniuriam solius ingenij periculo peccareur. Itaq; duas Euripidis tragædias, Hecubā & Iphigeniā in Aulide, latinas facere sum aggressus, si quis forte deus corpūs tā audacibus dextris aspiraret. Deinde cū uiderem operis institutū specimen nō displicere uiris utriusq; linguae callētissimis (quos profecto iam aliquot habet Britannia, liceat modo uerē citra inuidiam fatari, quouis in genere doctrinae uel Italiae totius admiratione dignos) intra pauculos mēses, missis bene iuuantibus ad umbilicum perduxī, quāto cū sudore, id ij demum experiuntur, qui unq; in eandem palastram descēderint. Etenim cum illud ipsū ex bonis græcis bona latina facere, sit eiusmodi, ut singula

rem aliquem requirat artificem, neq; solum sermonis
utriusq; copiosa, parataq; supellectile ditissimum, uer-
rum etiam oculatissimum, uigilantissimumque ad
eo ut seculis iam aliquot nullus existerit, qui in hoc
munere omnibus eruditorum calculis probaretur, fa-
cilis nimirum est coniectura, quantum fuerit negocij,
carmen carmini reddere. presertim tam uarium &
institutum, idq; ex autore nō modo tam antiquo, eoq;
tragico, uerum etiam mirum in modum presso, sub-
tili, excusso, in quo nihil ociosum, nihil quod uel adiu-
mere, uel mutare citra flagitium queas. Præterea qui
in tractandis locis rhetoricis tam creber sit, tam acur-
tus, ut passim declamare uideatur. Adde nūc choros
nescio quam affectione, adeo obscuros, ut Oedipo
quopiam, aut Delio sit opus magis, quam interprete.
Accedit ad hæc codicum deprauatio, exemplarium
inopia, nulli interpretes, ad quos confugiamus. Quo-
minus admiror, si ne hoc quidem felicissimo seculo
quisquam Italarum ausus fuit hoc muneris aggredi,
ut tragœdiam aliquam, aut comœdiam uerteret, cū
plures Homero manus sint admolit, inter quos etiā
Politianus ipse sibi non satis fecit. Quidam Hesiodum
tentarit, neq; id satis feliciter. alius Theocritum sit ag-
gressus, sed nullo etiā infelicis. Deniq; cum Fran.
Philephus (id quod post infinitam interpretationē
cognouimus) primam Hecubæ feram in oratione
quadam sinebri traduxerit, sed ita ut nobis alioqui
putidulis, uir tantus animi non parum addiderit,
Ego porro neq; tantis exemplis, neq; tam multis opis
difficultatibus deterrius, magis quā poetæ huius sua

niloquētia plusquam mellita, quam illi tribuunt etiā
inimici, allectus, rem hæcenus intentatam non sum
ueritus aggredi futurum sperans, ut etiam si parum
prestissem, tamen candidi lectores uel hunc meum
conatum laude aliqua dignum ducerent. Porro ma-
ligniores saltem ueniam darent operis tam ardui no-
uo interpreti. Maxime q; ad cæteras difficultates ipse
prudens non mediocre pōdus adiecerim, mea in uer-
tendō religionē, dum conor, quoad licet, græcicā
poematis figuras, quasiq; silum representare, dum uer-
sum uersui, dum uerbum pene uerbo reddere nitōr,
dum ubiq; sententiæ uim, ac pondus summa cum fide
Latinis auribus appendere studeo. Sive q; mihi nō per
inde probatur illa in uertendis autoribus libertas,
quam Marcus Tullius ut alijs permitit, ita ipse (pe-
ne dixerim intmodice) usurpauit. Sive q; nouus inter-
pres in hanc malui peccare partem, ut supersticiosos
uiderer alicubi potius, quam licentior, id est ut litora-
libus in harenis nonnunquam hæere uiderer potius,
quam fracta naue medijs natare fluctibus, maluiq;
committere, ut eruditi candorem, & concinnitatem
carminis in me forsitan desideraret, quam fidem. De-
niq; nolui Paraphrasten professus eam mihi latebrā
parare, qua multā suam palliant insciām, ac lorigi-
nis in morem, ne deprehendantur, suis se tenebris in-
uoluunt. Iam uero q; Latinæ Tragœdiæ grandilo-
quentiā, ampullas, & sesquipedalia (ut Flaccus ait)
uerba hic nusquam audient, mihi non debent impu-
tare, si interpretis officio fungens, eius quæ uerū, pres-
sum sanitatem, elegantiamq; referre malui, quā alie-

num tumorem, quine nec alias magnope delectat.
Porro certissimā in spem uocor fore, ut hic labor me-
us cum aduersus iniquorum calumnias sit egregie
uetus, tum candidis, & æquis gratissimus exeat ex-
cellentissime pater, si tuo quoq; calculo fuerit compro-
batus, quem equidem in tanto ornatissimorum princi-
pum numero facile mihi delegi, cui meas has uigili-
as consecrarem, ut quem unum perspexerim præter
summum fortunæ splendorem, litteris, eloquētia, pru-
dentia, pietate, modestia inuicem, postremo singula-
ri quadam erga bonarum litterarum cultores beni-
gnitate, sic præditem, ornam, cumulationem, ut istud
Primatis uocabulum in neminem magis competat,
quam in te, quam non solum officij dignitate, uerū
multo magis omnium uirtutum genere primas te-
neas, idem & regie aule præcipuum ornamentum,
& ecclesiasticæ dignitatis unicum fastigium. Quod
si mihi contigerit, ut hoc meum studium probeur à
uiro tam probato, profecto nec hæcenus exhausti la-
boris pœnitebit, neq; grauior in posterū maiore
conatu rem theologicam adiuuare. Vale & Eras-
mum in eorum numerum adscribito, qui tuæ pater-
nitati toto pectore sunt addicti. Londini IX. Ca-
lendas Februarij.

AD EUNDEM.

CARMEN IAMBICVM

TRIMETRV

Cite poetas doctus appellat Maro
Cycnos Cuius præsulū eximium decus.
Res mira dictu, ut cuncta consensu nouo
V. atq; olori congruant diuinius.
Ni uens utriq; candor, alter lacteis
Plumis, amico candet alter pectore.
Musis utraq; graus, ac Phæbo sacer.
Et limpida uterq; gaudet amnibus,
Ripis adæque uterq; gaudet herbida,
Pariter canorus uterq; tum potissimum,
Vicina seram mors senectam cum premit.
Sed, qui tenent arcana naturæ, negant
A udiri olorem, ni sonent fauonij.
Nil ergo mirum, barbaro hoc si seculo
Canorus olim obmutuit uanum chorus,
Cum tot præcaces undiq; obstrepant nos,
Boreæq; tristes, inuidorum & pinguium,
Nulli fauentium prouocent fauonij.
Quod si bonis clementer ingenij tuæ
Benignitatis blandus aspiret fauor,
I ta ut facit, tota statim Britannia
Vates uidebis exoriri candidos,
A deo canoros, atq; uocales, uti
In alta fundant astra Cycnorum melos,
Quod ipsa & atas posterorum exandiat.

FINIS.

4



VNIERSIDAD
DE SALAMANCA

Post euerſam troiam Græci ſoluētēs in Cherrhoneſum quæ ē regione Thraciæ, adpulerūt, ubi monimentū extabat Achillis in Troia ſepulū. Illic cum rerum ordinandiarum gratia dies aliquot egiſſent, iamq; iterare nauigationem appararent, Achillis umbra ſupernum uifa græcos ne ſoluerent prohibuit, poſtulans, ut ante ſibi Polyxena Priami filia mactarentur, quam pater aliquando uiuo deſpondiſſet, cuiusq; gratia a Paride, ac Deiphobo iaculo conſoſſus interiſſet, id temporis, cum Priamus puellam deſponſam traditurus uideretur. Itaq; Græci memores quam ille reus bellicam adiuiſſet, ſtauentēq; uiri uirtutem decorare, ſuffragijs decreuerunt, uti Polyxena in eius nullo mactarentur. Datum eſt autem negotium Vlyſſi, ut uirginē deduceret, ſimulq; uafriçæ faciendæ ſuæ, qua prædium erat, Hecubæ matri perſuaderet, ne id factū ferret impotentiſ. Quo cum perueniſſet Vlyſſes, reperit puellam ad necem paratam, ſpōtaneamq; atq; ultro matri ſuadentem ſibi optabiliſ eſſe decore mori liberam, quam fæde uiuere in ſeruitute. Deinde dñ occiditur filia, Hecuba famulam quampiam ad litus mitit, ut lauando Polyxenæ cadueri aquam adportaret. Ea dum haurire parat Polydori corpus offendit in littore iacens. Nam Polymeſtor Thracum tyrannus ſimulatq; Troiæ cognouit exaditum, trucidatum puerum in mare abiecerat, quo nimirum auro potiretur, quod unā cum filio Priamus ad illum miſerat clanculum, cum iam periculum imminere uideret,

ne caperetur illum. Erat autem ingens auri uis, ſanctiq; idonea, qua Priami genus reſtitueretur. Hunc igitur Polydorum naçta ſamula ueſtibz inuolutum deſert ad Hecubam. Hæc polyxenam eſſe ſuſpicata donec corpus reſectum inſpiceret ubi Polydorum eē cognouit, miſere diſcrucianur, ſecumq; uiam querit qua poſſit Polymeſtorem ulçi. Ac re prius cum Agamemnone communicata, ancillam ſuam mittit ad Polymeſtorem, quæ eum unā cum liberis ſuis ad ſe iubeat accedere. Eſſe enim quiddam maximi momenti, de quo uelit cum illo colloqui. At ille ignarus Polydori cadaver in litore fuiſſe repnam, unā cum liberis ſuis ad Hecubam accedit. Ea ſimulat ſe ob eam cauſam acceſſuiſſe hominem, ut illi theſuros quosdam ante quos in Ilio deſoſſos indicaret. Deinde iuſſo ſecedere ſatellitio, ſolum cum filijs in tentorium deducit, tanquam illi traditura, quicquid pecuniarum e Troia ſecum extuliſſet. Erat autē illic abdita maxima mulierum uerba. Quibus adiuta, Polymeſtorem introgreſſim exoculat, ac liberos occidit. Agamemnon audita utriusq; cauſa, contra Polymeſtorem pronuntiat, qui uideretur non inuandi græcos ſtudio, ſed auri cupiditate puerum intreniſſe.

FINIS.

Actio fabulæ conſtituitur in Cherrhoneſo, e regione Thraciæ. Chorus conſtat ex mulieribus Troianis captiuis Hecubæ auxiliariſ.



De carminum generibus, ut paucis obiter admonis-
sus lector optime, Prima Hecuba scena constat iam-
bico trimetro, Secunda anapestico dimetro, nonnun-
quam intermissis eiusdem formae monometris. Quam
quam hoc metrum & dactylum recipit, aliquoties
& proceleusmaticum, nonnunquam & metris confi-
citur spondeis. Chorus, cui initium, Aura, pōnica au-
ra, rursum qui incipit. Mibi arumnam atropos. itera
alius, cui initium, Patria heu dolor, praeterea poly-
mestoris oratio, quae sic incipit, Heu quo ferar, ex na-
rijs metrorum constat generibus, ac ferme iisdem, qui-
bus usus est Euripides Polymestoris oratio, cui princi-
pium est, Heu ohe ferocis, duobus duntaxat generi-
bus alternat, dimetro iambico catalecto, & eodē aca-
talecto, caetera constant aut iambicis trimetris, aut
anapesticis, de quibus modo meminimus.

Iphigenia prima scena constat iisdem anapesticis usque
ad chorum, modo profecta, qui mixtus est ex alcaico
composito ex iambica penthemimeri, ac duobus da-
ctylis iambico dimetro hypercatalectico dactylico e
dactylis duobus, ac totidem trochaïs. choriambico di-
metro, & eodem hypercatalectico dactylico trimet-
ro, Glyconio dactylico dimetro asclepiadeo. iambico
monometro hypercatalecto. dactylico dimetro hyper-
catalectico. iambico dimetro catalecto. pherecratico
iambico dimetro acatalecto. iambico dimetro acepha-
lo. iambico trimetro catalectico. anapestico trimetro
hypercatalecto. Adonio dimetro Trochaico monome-

tro hypercatalectico. deinde sequuntur iambica trime-
tra, paulo post à versu Caeterum Menelae. incipiunt
Trochaica tetrametra hypercatalecta. chorus Felices
quibus, constat glyconio, deinde iambico dimetro ca-
talectico. Alter proximus Anapestico, quo et prima
scena. chorus. illicet sacrum Simeoentis Carmine Sap-
phico, intermisso Adonio dimetro chorus, Festus ut
ille, constat dactylicis trimetris hypercatalecticis &
anapesticis. Vale.



Faint, illegible text in a Gothic script, likely a manuscript page. The text is arranged in several lines, with some words appearing to be in red ink (rubrication). The page is otherwise blank.



PERSONÆ FABVLÆ

Polydori occisi umbra.
 Hecuba regina troianorum.
 Chorus mulierum troianorum.
 Polyxena filia Hecubæ.
 Ulysses.
 Talthybius præco.
 Fama Hecubæ.
 Agamemnon rex.
 Polymnestor Thracum tyrannus.

HECVBA
 EVRIPIDIS TRAGICI POETÆ
 HECVBA, LATINA FACTA
 ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE

POLYDORI VMBRA.

D sum profectus e profundis
 a manibus,
 Noctisq; portis, cæca qua sit
 lenium

Ab arce porro cœlitum sita est domus,
 Polydorus Hecuba navis e Cisseide,
 Priamoq; patre. Quem simul cepit timor,
 Ne Marte Graio phrygia caderent moenia,
 Me furtim alendum Troico emisit solo,
 Ad hospitam Polymnestoris Thracis domum.
 Qui Cherronesi ferilem glebam colens,
 Armis ferocem Martijs gentem regit.
 Multumq; necum clanculum misit pater
 Aurum, urbis ut si concidissent moenia,
 Ne uictu egerent liberi superstites.
 Eramq; nauu Priamidum nouissimus,
 Atq; hac foras potissimum me gratia
 Submisit, ut cui nec ferunda lanceæ,
 Et ad arma non dum tenera sufficeret manus,
 Sed usq; donec recta stabant pergama, &
 Non dum iacebant ilij turres soli,
 Hectorq; frater Marte florebat meus,
 Bene apud Tyrannum Thracæ, patrium hospite



Crescens alebar, plantula in modum miser.
 At ubi interiuit Troia, simul & Hectoris
 Vita, ac penates concidere patrij,
 Deumq; ad aras ipse procubuit sacras,
 Mactante Achillis prole sanguinaria,
 Mox me paternus amicus, auri gratia
 Misericum trucidat, ac trucidatum salo
 Exponit, aurum ut ipse possideat sibi
 Nunc super harena littoris iaceo, hactenus
 Aestu per æquor huc. & huc, æctus uago,
 Inhumatus indeflexus, at iam promico.
 Charam ob parentem, corpore relicto meo.
 Mibi supernis deua gantî sedibus,
 Superaq; in aura, Sol agitur hic tertius.
 I tademq; misera tertium mater diem,
 Extorris amplis Ilij pomærijs,
 In hac adest tellure Cherronesia.
 Cunctiq; Danaï littore hoc in Thracio
 Classen tenentes ociofi desident.
 Nanq; è sepulchro uisus Aeacides suo,
 Arguunt Achilles tenuit omnem exercitum,
 Renunt ad penates dirigentem ponticum.
 Meam is sororem postulat Polyxenam,
 Tumulo cupinum honorem, & inferias suo
 Dari, ac feret, neq; n, hoc sinent frustrarier
 Honore amici. Deinde decreuit iubet
 Fatale, cædi hac luce germanam meam.
 Geminaq; prolis gemina mater funera
 Cernet, meumq; & lachrumandæ uirginis.
 Nam quo sepulchri nunus assequar mibi,

Anclle

Ancilla in undis memet offeram ad pedes,
 Venia impetrata dijs ab inferis, uti
 Tumulo ponar, in matris incidens manus
 Itaq; (quod ad me,) quicquid optavi, assequar.
 At anna parente paululu abscedam. hec qdē
 Iam regis e tentorio profert pedem
 Agamemnonis, pæuefacta de spectro mei
 O mater, huc proh uia peruenisti, uti
 Prognata cum sis regis e stemmatis,
 Indigna ferres seruitutis pondera?
 Tam afflictâ nunc & misera, q̄ florens eras
 Quondam, ac beata. Te aliquis euerit deus,
 Felicitatis pristina inuertens uices,
 Bonaq; ante acta paribus ex æquans malis.
 He. Ducite animum hancce foras o famula,
 Ducite sustentantes, uobis,
 Nunc conseruam Iliades, uerum
 D'udum dominam, prendite, ferte,
 Portate mei corporis artus,
 Tollite, anilem corripite manum.
 Ipsa ego torto nixa bacillo,
 Annis tardum celerabo pedem, &
 Alternos promouero passus.
 O fulgur Ionis, o nox picea,
 Vt quid ita sub nocte silenti
 Terriuilis uisusq; exagitor?
 O sacra tellus,
 Gignens atris somnia pennis,
 Sit precor irrita noctis imago,
 Quam de prole mea,

a ij



EVRIPIDIS

Que seruat^r Thrac^{is} oris
 Dulciq; Polyxena scibole,
 Alto uidi mersa sepore,
 Nam terrificum uidi uisum,
 Didici, sensi,
 O terrestria numina, gnatum
 Seruate meum, qui iam solus
 Generis superest ancora nostri,
 Thrac^{is} habitans arua niualis,
 P^{at}rio commendatus amico.
 Aderit iam iam quodcumq; malum,
 Luctumq; nouum luctibus addet.
 Haud sic unq; mens mea certo
 Timuit, tremuit, tacta pauore.
 Vbi nam diuina Helenum mente,
 Vbi Cassandram Iliades uideam,
 Ut mihi cæca insomnia pandant,
 Vidi siquidem ceruam uariam
 Visu (miserrum)
 Nostro e gremio ui direptam,
 Quam laniat lupus ungue cruento.
 Terrebar, & hinc summum in tumulum
 Umbra ferocis uenit Achillis.
 Aliquam e miseris sibi Troadibus,
 Præmia poscens.
 Procul à nostra, procul hæc quaeso
 Dij depellite somnia, gnata.
 A d te celeri præcurri Hecuba
 Pede, tentoria herilia linquens,
 In qua serua ego tradita sorte,

Ch

HECVBA

Vbi troiana mœnibus urbis,
 Graijs abigor bellica præda.
 Haud equidem ullum porto leuamen
 Aerumnæ præsentis, at ingens
 Insuper & graue de fero pondus
 Tibi priuatim o mulier, senti, ac
 Diriueniens nuntia luctus.
 Nanq; ferunt decernere Graios,
 Celebræ cætu, tua uti gnata
 Manibus occidatur Achilles.
 Qui sublinem scandens tumulum,
 Scis fuluis cum apparuit armis,
 Naveis demittit pontigradas,
 Nixaq; torto uela rudente,
 Hæc uociferans. Quo iam Danaï
 Fugitis, nostros
 Cineres deserturi inhonoros?
 At lis multo est orta tumulus,
 Ac uariat sententia duplex,
 Bellacæ graiugenum turmas,
 Dum pars dandam tumulo inferias,
 Pars mactari censet iniquum.
 Atq; inde nra studuit parti
 Rex Agamemmon, id fœdicæ
 Thalamis elargitus honoris.
 Atq; uicissim dixere duo
 Thesidæ, hos genuistis Athenæ
 Vna erat hæc sententia utriq;
 Vti Pelidæ decorent tenero
 Busta cruore.

a ij

EVRIPIDVS

Nec placet, uti Cassandrae thalamos
 Armis habeant plaris Achilli.
 At studijs ferme haecenas aequis
 Decertatum est, donec uarius
 Est suauiloquens suator, Achiuum
 Populo non in gratus Vlysses
 Omnem dictis flexit caenam,
 Ne, pro captæ caede puellæ,
 Neglectum patereur Achillem,
 Vnum e Danais longe primum,
 Ne quis apud Persephonen, ex ijs
 Quibello cecidere, referret,
 Quam male grauis miles Achiuus
 Danais Danaum causa casus,
 Exiliacis cesserit aruis.
 Sed iam nunc hic aderit Vlysses,
 Isto uti uellat ab ubere gnatum,
 Eque manu, ut tollat, anili.
 Proin templa adeas, adeas aras.
 Accide Atridae genibus supplex,
 Prece sollicita, quicquid olympus,
 Quicquid claudit terra deorum.
 Siquidem aut places numina uotis
 Ne misera anda orbere puella,
 Aut spectent tua lumina oportet
 Ad tumulum procumbere, sparsam
 Sanguine gnatum, deque aurifera
 Cervice atrum undare cruorem.

He. Heu me miseram, quid nociferer?
 Quonam ululans, quonam stens

Plorem

HECVBA

Plorem miseræ miseræ senectæ
 Haud portandum,
 Seruitij, haud tolerabile pondus?
 Heu me me, quis openi mihi uindex
 Tulerit? Quanam urbs? Quanam soboles?
 Perijt senior, gnati extincti.
 Hucine an illuc flectam gressum?
 Quo me uertam?
 Vbi quis deus, aut demon praesens
 Ferat auxilium?
 Proh Iliades saeva ferentes,
 Eheu saeva ferentes fata,
 Extinxistis me, extinxistis,
 Nec mihi posthac
 Grata est supero in lumine uita.
 Difer animum hanc, opes infelix,
 Hanc me infelix ducto ad aulam
 Eheu gnata, heu supra cunctas
 Miserae matris filia, prodi.
 Prodi tectis, percipe matris
 Filia uocem.
 Vn cognoscas, qualis qualis,
 Fama tua de uita fertur.

Po. Ehem mater, mater,
 Quid clamas? Quid subitum apportans,
 Sic me ueluti uolucrum tectis
 Cogis trepidam prouolitare?

He. Heu me gnata.

Po. Cur sermonum exordia mecum
 Dico sumis ab omine mater?

4 iij



UNIVERSIDAD
 DE SALAMANCA

EVRIPIIDIS

- He. *A hgnata tuæ memo'uitæ.*
 Po. *E loquitur, neq; cælato diu.*
Formido, firmido mater,
Quæso quid in gemis?
 He. *Gnata, ab miseræ gnata parentis.*
 Po. *Cur istud ais?*
 He. *Hoc gnatus contendit Achillis,*
Communi decreto arguunt,
Vti Pelidæ gnata sepulchro
Mactata cadas.
 Po. *E heu genitrix, ut mala nobis*
Immensa refers.
A perisodes, aperi mater.
 He. *Rumorem adfero filia dirum.*
De cæde tui,
Sciam populus sanxit achivus.
 Po. *O te afflictam, propter miseram,*
O male faustæ genitrix sortis.
Quam tibi tristem rursus luctum,
Infandumq; & accubum mouit
Dæmon aliquis.
Non iam gnata hæc, non tibi posthac,
Infelice senecta infelix
Conseruero. nanq; perinde, ac
Hinuleum, seu montibus hiris
A litam uinulam, miseram misera
Mox de manibus uelli aspicias,
Ac sub humum, ceruice recisa,
Obscuro demittet orco.
I llic inter lumine cassos

HECVBA

- Degam infelix,*
Sed te miseram luctu omni geno
Deseo mater. nam me a fata,
Sortemq; grauem non lamento,
Cum mihi casus sit & optandus
Cedere uita.
 Ch. *Sed ecce Vlysses huc citus mouet gradum,*
Heube, tibi aliquem nuntium ferens nouum.
 Vl. *Te scire mulier credo placita plebis, &*
Sententiam quæ uicit, exponam tamen.
Visum est Pelasgis, tua uti gnata Polyxena
Cadat ad sepulchri Achillis excelsim aggerē.
At uirginis nos esse solenneis duces
Stauere, Pyrrhus Aecidæ proles, huic
Praefectus autor, ac sacrificus hostiæ
Scin ergo quid ages? ne ue ui retraxeris,
Mecum ue manibus ne uelis contendere.
 • *Scinon est profecto quidda, et in medijs malis*
 • *Ea quenq; secum sapere quæ sapere est opus.*
 He. *Væ uæ adest discrimen (ut uideo) graue,*
Gemituq; plenum & non inane lachrymis.
Neq; enim ipsa dudum uitam acerba et aspera
I llic reliqui, quo mori decuit loco.
Neq; me interemit Iupiter, sed in hoc alit,
Tristissimis uti tristiora conspicer.
Proh misera. Sed iam si licet captis, neq;
Molesta, nec quæ mordeant animum, loqui
Heris, rogeris oportet & paucis mihi
Atq; ut uicissim nos rogantes audias.
 Vl. *Licet, roga, neq; enim hoc tibi inuideo moræ.*



EVRIPIDID

- He. S cin Ilium explorator, ut subiueris
P annosus, atq; squalidus? genas tuas
S illæ obfidebant mortis, oculis ex cæta.
- Vl. Memini .haud .n .hæc res summa strixit pectoris
- He. T en' agnium uni prodidit Helene mihi?
- Vl. Meminimus in discrimen adducti graue.
- He. Supplexq; factus genua tangebas mea?
- Vl. Sic, manus ut istis insuoperet peplis.
- He. D edin' ergo uitam, & ilio emisisti solo?
- Vl. Ita, ut hoc profecto Solis aspiciam iubar.
- He. Quid tum locutus, cum mihi in manu fores?
- Vl. Quo me necis subducerem periculo,
O mneis uaser nem comminiscabar dolor,
C unctasq; pariter persuadendi uias.
- He. L ege igitur istac gratiam refers malam,
C um tuleris a me, que tulisse non negas,
A t nil iuues nos, sed magis pro uiribus
I ncommodes, benefacta compensans malis.
V estrum genus mortalium in gratissimum,
Q uicunq; plebis concionibus leues
C aptatis auras, cogninem heu mihi plus satis.
Q ui damnum amicis ferre non facit pili,
M odo differatis grata nulliuidini.
A t iure quonam, aut quid secuti, uirginem
I n hanc cedo decreta sanxerunt necis,
I psum ne decus hoc suasit homines cadere
T umulis, ubi bos uictima addecet magis?
A n porro Achilles mortis autores sue
P uirire querens, iure in hanc refert necem?
A t qui hæc in illum sceleris admisit nihil.

HEC VBA

- H elenam sepulchris hostiam par est peni.
I lla hunc peremit, illa traxit ad Ilium.
Q uod si qua uulne legitur ex capitis neci,
F ormaq; præstans cæteris, non nostrum ideo est
Q uippe ore multo Tyndaris decentior.
E ademq; q̄ nos, non minus dedit mali.
A t q; hæc pro æquo dixerim quidem, ac bono.
A t nunc, mihi que te reposcenti inuicem
R eponere æquum est, accipe æquis auribus,
M eam (quod ipse nõ negas) humilis manû, ac
S upplex anilem hanc contigisti tum genam,
N unc hæc uicissim prona contingenti tui,
B eneficiûmq; tunc datam, restagito,
I temq; supplex obsecro, ne filiam
M ihi puellam manibus abripias meis,
N è ue perimatis, quippe fimerum satis.
O blecto in hac me, fors oblita grauis.
S olamen hæc est, una pro multis mihi,
V rbs, atq; nutrix, scipio rector gradus.
I ni qua uictis imperare non decet,
Q uis fors dedit rerum potiri, ac uincere.
N e q; quis secundæ res, oportet fidere
I t tident futuræ semper ex sententia.
E tenim ipsa quondã que fui, non sum amplius.
O pes sed omneis unicus rapuit dies.
A ge grata barba paululum me respice,
M iseresce, et adiens rursum achium exercitû,
D octo, q̄ sit sauum, atroxq; seminas
M actare, quas non interemistis prius
R aptas ab aris (sed perpeçistis) sacris.



EVRIPIDIS

- Lex aequa porro uos apud, de sanguine,
 S eruisq; liberisq; capitibus stat a est.
 S i uel male haec autoritas dicat tua,
 • F lectet, quod a lenibus profecta oratio,
 • E t a probatis, non idem ualet eadem.
 Ch Tam rigida nusq; est ulla mens mortalium,
 Audita quam non ista comploratio,
 I ngensq; luctus, cogat a dere lachrymas
 Vl, A udi Hecuba, ne ue mente percita, uirum
 Qui recta dicat, maleuolum fingas tibi.
 Ego quidem uitam tuerier tuam,
 P er quam ipse uiuo, cupio, nec dicam dolo,
 A t quae palam suasi, ea haud ne gauerim.
 N empe urbe capta, exercitus primario
 G natam immolandam (quando postulat) tua.
 • H inc namq; plures defluunt res publicae,
 • D um strenuum qui praebet, ac fortem uirum,
 • N on plus honoris quam uir ignauus, capit.
 N os contra, Achille dignum honore ducimus,
 V t qui pro Achiuus ceciderit promptissime.
 • Q uam turpe, si queni uiuum amicum sensimus,
 • H uic desinamus esse amici mortuo?
 A ge quid futurum, si qua rursim appareat
 A cies coacta, & hostium certamina,
 V trum manus iam conferemus, an magis
 V ite, ac saluti consulimus? quippe qui
 F raudenti honore cernimus, quisquis cadit.
 A c mihi profecto luce donec haec fruar,
 Q uantumlibet pusilla, sufficiant tamen.
 P orro sepulchrum conspici exoptem meum

HECVBA

- I nsigne, quando durat in longum hic honor.
 A t misera patior iniquis audi contra ad haec.
 S unt & Pelasgis neutiq; misere minus,
 A nusq; & annis te priores sceminae,
 S ponsaq; sponsis orphanae praestantibus,
 H ic ossa quorum puluis idaeus tegit
 F er ista. Nos si perperam decernimus
 D ecorare fortem premio merito uirum,
 I nscitia ipsi obnoxij tenebimur.
 A t barbari, neq; hos amicos ducitis
 Q ui sunt amici, neq; decore qui oppetunt,
 S uspicitis; hinc & nostra floret Graecia.
 V os contra habentis instituta congrua.
 Ch • H eu scruitus ut semper est miserrima,
 • S ubacta ni fert praeter aequum plurima.
 He A h gnata in auris irrita haec oratio
 F rustramibi iactata, de mi nece.
 T u, si amplius quid, q; ualet mater, uales,
 A n nitere, omneis ad modum lusciniæ
 E xperta uoces, uita ne pereat tibi.
 M iseranda Vlyssis accide huius ad genu,
 E t commoue, argumentam habes, ipsi quoq;
 S unt liberi, quo fata miseretur tua.
 Po V ideo te Vlysses dexteram sub pallio
 M anum occultentem, & ora uertentem retro,
 T etigisse malam ne mihi sit fas tuam.
 A nimo bono sis iubeo, meq; nuntia
 S cito, quod ad me pertinet, te fore
 I n tuto, & effugisse, si quis supplices
 C ur at fauens, aequusq; respicit, Iouem.



EVRIPIDIS

Nam te sequar, uel quia trahat necessitas,
 Vel quod mori expetam ipsa, sin uelim minus.
 Vita auida mulier uidear, ac timida omnibus.
 Quæ nanq; uitæ causa iam superest mihi?
 Ut cui pater rex omnium fuerit phrygam,
 (Etenim rudis mi lucis hoc ininitum,)
 Dein spes ad amplas educabar, regibus
 Nuptura, multis æmulantibus prociis,
 Quis me ad penateis duceret uictor suos.
 Regina ego prob misera, fœminis aram
 Troadibus. inter uirgines insignis, ac
 Dijs æqua, solum hoc si quis excipiat, mori.
 At serua nunc sum, protinus uocabulum
 Minime assuetum, facit ut expetam mori,
 Dein forsitan continget immittis mihi
 Herus are me quicunq; commercabitur,
 Et Hektoris quondam sororem, & plurimum.
 Adigensq; ui me pinsere in tectis, solum
 Verrisse coget, staminiq; insistere,
 Vitam exigentem duram & illatibilem.
 Thalamosq; nostros seruus emptus undeuus
 Fœdabit, ante defunatos regibus?
 Absit. relinquam lucem ego istam libera,
 Orco, inferisq; hoc corpus exponens meum.
 Iam ducto me Vlysses, ac ductam immola.
 Neq; enim penes nos uel spei fiduciam,
 Vel opinionis uideo, cur mi debeam
 Post hac benigna fata pollicerier.
 At tu genitrix, nequid obsistas mihi
 Verbois, factiois incita magis mori

HECVBA

Quo libeat ante, q̄ quid indignum accidat.
 Nam qui malis haud assuerit, fert quidem
 Dolet tamen, cum colla supponit iugo.
 At mortuus, quam uiuus hic felicior
 Foret, haud decore uiuere est in gens labor.
 Ch. In est in homine mira, & euidentis nota,
 Probis satum esse. generis illustrat decus,
 Quisquis celebribus dignus est natalibus.
 He. Dixisti honeste gnata, uernum isti dolor
 Adest honesto. ceterum si Pelei
 Et facere gratum filio, simul & probrum
 Effugere uultis, hanc Vlysses omitite,
 Me ductam Achillis immoletis ad pyram.
 Ne parcite inquam. nam Parin produxi ego,
 Qui thetide nauum petiit arca, ac perdidit
 Vl. Non te umbra Achillis poscit arguos, anus
 Ut immolare, sed hanc poposcit uirginem.
 He. Vos attamen cum filia me occidite,
 Duplumq; tellus sparsa sanguinis bibet,
 Eiusq; manes, ista qui poscit sibi.
 Vl. Sat filie mors, cæde cædem non decet
 Cumulare, & osi ne hæc quidem pendenda sit.
 He. Gnata at necesse utcunq; commori meæ.
 Vl. Qui? quando dominos esse non noui mihi.
 He. Ut hederæ quercu, sic ego huic in hæscro.
 Vl. Haud feceris, si obtemperabis iis, quibus
 Et mentis, & prudentiæ plus, q̄ tibi est.
 He. Non hanc ego uolens omittam uirginem.
 Vl. At ego hinc relicta non abibo uirgine.
 Po. Mihi mater audi, uq; Laertæ genus



EVRIPIDIS

- Parentibus concede merito concitis.
 Tu misera cum uictore ne pugnaveris.
 Sterni solo uis, ac trahi corpus tuum
 A Nile per uim pulsa? uin iuuenis manu
 Fædis modis reuulsa dedecorauer?
 Istæc ut accidant tibi absit. haud enim decet.
 Quin age manum da iam mihi dulcissimam
 Dilecta genitrix, ac genam applicem genæ.
 Posthac enim haud inq̄, sed extremum iubar,
 Orbemq̄; phœbi hodie quidem conspexero.
 Finem ergo nostri fac age alloquij cape,
 A c dicta mecum conferito nouissima.
 O mater, o parens ab eo iam ad inferos,
 He. Hæc gnata nos in lumine hoc scribimus.
 Po. Frustrata sponso, ac debitis mihi nuptijs.
 He. Miseranda gnata es, mulier in felix ego.
 Po. Illic iacebo in tartaro tete procul.
 He. Hei misera qd agâ? uitâ ego hæc quoad trahâ?
 Po. A ncilla moriar patre nata libero.
 He. At ego orba quinque decem iam liberis.
 Po. Quid Hæctori ex te nuntio, aut seni uiro?
 He. Dic seminarum me omnium miserrimam.
 Po. O peccus, & quis alita blande sum ubera.
 He. Proh ante tempus facti acerbi filia.
 Po. Vale o parens. Cassandra iam mihi uale.
 He. A li ualebunt, istud haud matri est datum.
 Po. Quicq̄; in feraces Polydore frater Thracia.
 He. Ita siquidem ille uiuit, at qui non puto
 A deo unde quaq̄; prorsus infelix ago.
 Po. Uiuu, præmieq̄; mortuæ tibi lumina,

Ego

HECVBA

- He. Ego & ante mortem præ malis sum mortua.
 Po. Me duc Vlysses flammæc obuolens caput,
 Etenim prius, quam mactet, exanimor meæ
 Luctu parentis, & hanc neco plorantibus.
 O lux, licet nam nomen affari tuum,
 Neq̄; ulla. posthac copia dabitur tui
 Nobis fruendi, nisi quod interest moræ
 A d ensem eunti hinc, atq̄; Achyllis ad pyram.
 He. Soluuntur aruis hei mihi. ac mens deficit,
 O gnata matrem prende. porge dexteram
 D a. ne relinquo orbam. Amicæ, concedi.
 Vtinam Lacænam sic sororem Castoris
 Helenam uiderem, quæ decenibus oculis
 Florens peremit indecenter Ilium.
 Ch. Aura, pontica aura,
 Quæq̄; pontigradas per undam
 Rateis celeres agis marinam,
 Quo loci miseram uehes me?
 A d dicta cui sub ædeis
 A ncilla deferar?
 A d littora doria, an ne
 A d Pthiada, quo loco aiunt patrem
 eximii latias
 Currere Apidanum, sataq̄; rigare, an
 Salso misera remo
 Illam appellar in insulam, Pro
 ductura domi dies acerbos,
 Primiua ubi palma frondet.
 Laurusq̄; sacros in alium
 L atona tibi edit,

b



VNIVERSIDAD
 DE SALAMANCA

GREDO.SAL.FS

EVRIPIDIS

Gratissima ramos,
 Partus monumenta dii,
 A cum deliacis puell
 lis, Artemidisq; deae
 Spicula, arcusq; canam, aureamq; vittam
 An palladis urbe, quam
 Currus niadi uehunt,
 P lepis in croceis equos
 Sub iuga splendida mittam?
 P ingens uaria, crocoq;
 Sindone florulenta?
 An titanium ad sobolem,
 Quam saturnius igniuomo rex
 Strauit iaculo?
 V a progenitoribus,
 V a patribus, ac solo,
 Quod sumo mihi concidit.
 M arteq; captum, & exustum
 A b argiuis. at ipsa in
 T ellure uocabor externa
 Serua, Asiam fugiens
 Europa famulantem,
Ta. Mutans morte faces thalami.
 V bi phrygum regina quae dudum fuit,
Ch. Hecubam, puellae Troades conuenero?
 E ccam haud procul te, tergo humi strato cubat
Ta. Talthybie praeco, circumoperta linteis.
 O Iuppiter quid dicam? utrum mortalia
 R espicere te? ane opinione fallier?
 F also putantes esse diuorum genus?

HECVBA

Casu sed omneis res agi mortalium?
 N on haec modo regina ditium Phrygam?
 Priami uxor ista nonne locupletissimi?
 N unc urbs quidem eius funditus bello iacet,
 A tipsa, anusq; & orba liberis, humi
 C ubat, inquinata puluere infantum caput.
 E heu senex sum sed tamen mori prius,
 Quam foedus ullus accidat casus uelim.
 T e surge misera, tolle subductam latus,
 Quodq; omne canis albicat pilis caput.
He. E hem, quis hic qui corpus haud finit meum
 Iacere? quid me, quisquis, afflictam moues?
Ta. Talthybius adsum Achiui mulier agminis
 Minister, accersente te hinc Agamemnone.
He. O uir mihi charissime, an q; me quoq;
 V isum est Pelasgis, ad sepulchrum occidier,
 O bid uenis? ut grata nuntias mihi.
 Properemus. acceleremus. age duc me senex.
Ta. Gnatae ut cadauer sepelias, te mulier hinc
 Ducturus adsum, me quidem legant ad id
 Geminiq; Atridae, exercitusq; Achaicus.
He. Misera hei mihi, quid ais? ergo non adisti, ut
 Moriamur & nos uerum acerba nuntians?
 G nata interisti matris auulsa e sinu.
 E go orba posthac liberis, misera hei mihi.
 S ed illam ut occidistis? an reuerentius
 A n sic, ut hostis diriter leto est data?
 Dic haec senex, haud laeta dicturus licet.
Ta. Duplices mihi uis me parare lachrymas,
 Miseratione filia mulier tuae.

b ij

UNIVERSIDAD
 DE SALAMANCA

GREDOUSALES



Et hic enim tam saeva commemorans, genā hāc
 Fleu rigaro, maduit & lachrumis mihi
 Modo ad sepulchrum, casa dum ferro occidit.
 Turba aderat uniuersa Achiui exercitus
 Frequens sepulchro, filiae ad caedem tuae.
 Polyxenam autem Pyrrhus attollens manu,
 Summo sepulchro stant, atqui pone ego.
 Lectiq; iuuenes ex Argiuis inclyn,
 Saltum iuuenae ut manibus exciperent tuae,
 Sequuntur, ac plenam tenens paterem, undiq;
 Auro nitentem gnatus Aeaide manu,
 Fudit parenti mortuo libamina.
 Mibi innuit, praeconio silentium
 Indicerem omni Achiuum multitudini,
 Egoq; inter omnes medius adstās, hāc loquor.
 Silete Achiui, Pax sit omni caetui,
 Pax, & quies. stanti quietum exercitum.
 Hic inquit. O mi nate Peleo pater,
 Libationes propicius cape has meas,
 Placida abditorum manuum euocamina.
 Atq; huc ades, quo purpurantem combibas
 Purae puellae sanguinem, quem tibi damus
 Egoq; plebsq; iam nobis sis fauens.
 Soluens rudentem, nauium retinacula,
 Concede nobis, se spires ab llio
 Omneis reuerfos, patriam reuisere.
 Hāc ille. At omnis populus apprecatus est
 L oculis sub hāc mox aureis pictum notis
 Educit ensē, iuuenibus Graio agmine
 Lectis puellam ut prenderent manu, innuit.

Vbi, sensit illa, hos ore prodidit sonos.
 O qui exscidistis oppidum Argui meum,
 Cupide otheo, nequis corpus attingat meum.
 Intrepida siquidem colla porrigam, ac uolens
 Quo in genua moriar, liberam me per deos
 Sinite immolantes, quippe apud maneis quoq;
 Regina cum sim, diaciter seruam pudet.
 Turba adfremebat, rex & ipse iuuenibus
 Mox imperat, quo uirginem remitterent.
 Hic simul ut audiere uocem regiam,
 Sumāq; omittūt, nā hūc penes ius primū erat.
 Vbi illa sensit iussa principum, illico
 Summo prehenso pectore, scidit manu
 Ad umbilicum, uentris ac medium, peplos,
 Sinumq; monstrat, & uelut stauae admodum
 Mamas decente is, debinc humi figens genu,
 Verba ore sudit omnium miserrima.
 En iuuenis, hoc si pectus ense mauoles
 Promptum ferire, ferito, Sin cernicem, adest
 Ex prompta cecruix. Tum miseris uirginis
 Pyrrhus, uolensq;, & nō uolens, atq; hāsitans
 A nimae meatus ense librato secat.
 Fluxere uenae, at illa iam moriens, tamen
 Sollicita mire est, condecenter ut cadat,
 Caletq;, quae caelare decet oculos uirum.
 Letalis ast ubi uitam ademerat mucro,
 Labor ex Achiuis idem habebat neminem.
 A liq; iacentem frondibus conseruare,
 A liq; supremum sedulo apparant rogem,
 Tadas ferentes pineas qui nil tulit,



EVRIPIDIS

Male audiebat à ferente, hunc in modum.
 I gnave cessas, nec puellæ amiculum,
 Nec aliud ullum munus adferens manu?
 Nihil es daurus, uirgini promptissima,
 A'nimoq; summo? de perempta filia
 Hæc tum ferebant liberorum at te quidem
 Matrem optimorum, uerum eandem ex omniū
 Grege fœminarum conspicio miseram.

Ch A cerba quædam Priami das clades premit,
 Vrbeniq; nostram, fata sunt istæ deum.

He. In quod malorum gnata, cum adsint plurima
 Innuer, hæreo. Si quod attingam, illico
 Aliud uetat, rursum alia me molesta
 Alio uocat, malisq; succedunt mala.
 Et nunc acerbata fata ne plorem tua,
 Nequeam profecto temperare pectori.
 Hoc rursum ipsum, nempe ne gemam admodū,
 Nimisq; acerbe, sustulisti, strenua

- Mibi nuntiata. Non nouum ergo, si mala
- Faente celo terra fert segetem bonam.
- Bona destituta, quibus opus fuerat, malum
- Fructum edit. At mortalium quisquis malus
- Nil possit aliud esse, quam semper malus,
- Frugi, usq; frugi. Sors nec ingenium uiri
- A diuersa uiuat. Sed probus semper manet.
- Vtrum id parentum, an educantium magis?
- Recte educari scilicet nonnullam habet
- Doctrinam honesti, quod quidem quisquis probe
- Tenet, idem honesti ad regulam nouit scelus.
- Sed inaniter iam meus tibi hæc effuit.

HECVBA

Tu porro Achiuis uade, & ista nuntia.
 Ne filie quis applicet manum mea,
 • V etentq; populum. nam frequenti in agmine
 • Indomita turba est, ac tumultus nauticus
 • Vincit furens incendium. quisquis mali
 • Nihil hic patrarit, ille demum erit malus.
 At tu uetus ministra sumite simulam,
 Atq; huc reporta pontico impletam salo,
 Vñ supremis te lauachris filia,
 Innupta nupta. uirgo non uirgo, lauem.
 Et ut tibi exhibeam quibus digna es, sed id
 Qui? aut unde? nequaquam potero, ueruntamen
 Sic ut licebit. nanq; quid aliud agam?
 Mundumq; captis colligens a feminis,
 Quæ mecum in iisdem desident tentorijs,
 Siqua ex penatibus aliquod suis habet
 Furnum, inscius, quos nocta nuper est, heris.
 Tecta o decora, probæ beatæ olim domus,
 O liberis, opibusq; florentissime
 Priamæ, uenisq; ego illa liberum parens,
 Vt pristina exuti superbia, ad nihil
 Recidimus & post ista adhuc nescimus,
 Locupletibus nostrum hic quidem penatibus,
 Prefulsit hic q; dignitate ciuibus.
 Curarum inania mentis hæc sunt somnia,
 • Linguæq; fastus. Ille felicissimus
 • Cui nihil contigerit in uita mali.

Ch Mibi ærurnam Atropos,
 Mibi cladem dei parabant,
 Syluam ut primum abiegnam in Ida

b iij



VNIVERSIDAD
 DE SALAMANCA

GREDOUSALES

EVRIPIDIS

- Alexander incidit,
 Liquida uada rate transiurus, au. lax
 Helena ad thalamos, iubar quam
 Pulcherrimam auricomam in
 Orbe uidet Phœbi.
 Nam mala, ennos, malisq; uallant
 Tristiora fata.
 Priua auentia ciuitati
 Mulum publicum iliace
 Peperit, & ab alijs profecta clades.
 Indicataq; lis in ida est,
 Quatreis cœlicolum puellas
 Pastor iulicauit ad
 Bellaq; stragemq; &
 Mea exitium domus.
 Gemitq; forte quepiam, ad
 Vndosum Eurotam
 Lacena lacrimosa puella in adibus.
 Caput quoq; mater albo
 Orbata gnatis, inijcit
 Manum, & unquem in ora cruentum
 Infigit auida, dilaniatq; malas.
Fa. Vbi hecuba multo Fœmina, miserrima
 Quæ superat omne uirum, ac simul nostrum genus
 Malis? nec ullus palmam ei præceperit?
Ch. Vt misera nunquam dormiunt uocis tue
 Male ominose tristia præconia.
Fa. Hecubæ dolorem hunc adfero porro in malis
 Haud est facile, bene ominata dicere.
Ch. Ac forte teclis prodicens uidelicet

HECVBA

- Verba inter ipsa commode apparet tu a.
Fa. O misera prorsus, & magis quam proloquor
 Hera, occidisti, uina non es amplius,
 Orba urbe, gnatis, ac marito, per dita.
He. Ais nouum nil, ac scientibus opprobras.
 Sed quid cadauer hoc Polyxena uenis
 Portans, sepulchrum cuius Argiuum manu
 Modo nuntiatum est omnium properarier?
Fa. Nihil ista nouit sed Polyxenam mihi
 Disset, nouarum cladum attingit nihil.
He. Heu misera, uatis nunquid huc adfers mihi
 Sacro animum furore Cassandrae caput?
Fa. Viam elocuta es, mœnium hunc nihil gemis.
 A tq; retectum iam cadauer inspicere,
 Noua res, & in sperata se offeret tibi.
He. Extinctus cheu cer nimir gnatis mihi
 Polydorus, a me Thraci credimus uiro.
 Infausta perij, nulla sum post hac. obe
 O pignus. obe, cantionem manadium
 Ingredior, hæc noua ab hoste resciscens mala.
Fa. Infausta gnati fata cognoscis tui?
He. Inopinata mira. noua. noua aspicio, malis
 Prognata ab alijs, alia contingunt mala,
 Nec ullus absq; lacrimis unquam dies,
 Suspirijsq; me relinquet tristibus.
Ch. O infausta. dira. dira perpetuatur mala.
He. Heu gnate. gnate matris infaustissima.
 Quo genere mortis occidisti? quo iaces
 Fato? peremit te quis e mortalibus?
Fa. Me latet. at hunc in litore offendi maris.



EVRIPIDID

- He. Eiectum ab iudicis, antrucidatum manu?
 Fa. In litus harenosum
 Marinus illum fluctus aestu eiecerat.
 He. Hei mihi. Væ. hæ.
 Didici mihi nocturna uisa insomnia.
 Non me sefellit furua imago, quæ mihi est
 Conspecta de te Gnate, q̄ non amplius
 Superstes aura uescerere cælicia
 Ch. Scis qui peremit somniū prudens, cedo?
 He. Bellater hospes ille Threicius meus.
 Ch. Vbi senior illum collocauerat pater.
 Heu quid ais? auro quo potiretur, uuum
 Ita ut uideatur, interemit filium.
 He. Infanda. abominanda. plus, quam mira. nec
 Pia, nec ferenda. Vbi hospitium ius, ac fides?
 O be uir execrate, ut ense ferreo
 Puerile corpus conficidisti nec seruum
 Commouit ætas pectus, ubi discerperes.
 Ch. Vt misera te mortalium infaustissimam
 Statuit, deorum quisquis insensus tibi est.
 Ipsum sed ecce conspicio Agamemnonem
 Regem. loqui iam desinamus obsecro.
 Ag. Gnatam sepulchrum quin uenis Hecabe tuam?
 Nam sic, uti Talthybius attulerat mihi,
 Ne quisquam Achium filiam, attingat tuam,
 Sinimus quidem illam nos, manu nec tågimus.
 At ipsa cessas. Proinde miror ego. Sed huc
 Vt te illò mittam, uenio, quippe illinc bene
 Peracta res est, siquid est in his bene.
 Hæc enim quem uirum hic intueor in tentorijs

HECVBA

- P bryga interemptum? nanq; corpus ambiens
 Non esse Danaum nuntiat amictus mihi.
 He. Infausta (uemet enim loquor, cum te loquor)
 Hecabe. qd ago? nummā huius accido ad genu
 Agamemnonis? an hoc tacita perfero malum?
 Ag. In ora tergum quid mihi obuertens tuum
 Lachrymas? quid acciderit, taces? istic q̄s est?
 He. At forte reputans hostem, & ancillam esse me,
 Genibus repellet, & auxero molestiam.
 Ag. Diuinus haud sum, nec nisi audiero, quam
 Viam tuorum nosse cogitatum,
 He. At huius animum uir ut hosticum, magis
 Interpretatur, cum sit hostis haud tamen?
 Ag. Huiusce si nil scire me uoles rei,
 Mecum facis, neq; enim cupio cognoscere.
 He. Hoc absq; ferre liberis openi meis
 Minime potis sim. Sed quid hæc uerso? necesse
 Audere, seu impetro siue & impetro nihil.
 Agamemnon, en per genua supplicio tibi,
 Tuamq; malam, & auspiciatam dexteram.
 Ag. Rei quid optans? nunquid hoc, ut libera
 A eum exigas? id facile contiget tibi.
 He. Minime, sed ulta maleficos, ac perfidos,
 Seruire reliqui quicquid est æui, uelim.
 Ag. Nostam ergo mulier ad quid imploras opē?
 He. Nil tale prorsus, quale tu rex autumas.
 Vides cadauer hocce, quod ego lachrymo?
 Ag. Video, futurum quid sit, haud etiam scio.
 He. Peperi hunc ego olim, ac uentre gestauit meo.
 Ag. Est hic morum miser a quisquam liberum?



EVRIPIDIS

He. At non eorum qui iacent sub Ilio.
 Ag. Num præter illos edidisti quempiam?
 He. I nutiliter, ut re liquet. nã hunc quem uides
 Ag. V rbs cum periret, hic tum forte erat?
 He. Emiserat, quo sospes esset, hunc, pater.
 Ag. Quo semouens ac cæteris unum omnibus?
 He. T ellurem in hanc, in qua reperus mortuus.
 Ag. A d hunc, tenet qui se cætra Polymnestor loci?
 He. S eruator auri missus huc tristissimi
 Ag. Quis int'remit? quo ue fato extinctus est?
 He. Quis alius? hospes hunc peremit Thracius,
 Ag. Miser heu, potiri cupidus auri scilicet.
 He. Sic habet, ubi iam fata cognouit P brygum.
 Ag. H unc nacta alicubi es mortuũ, aut q's atulit?
 He. H æc, in marino sorte nacta litore.
 Ag. V trũ ne querēs hunc? an aliud qddã agens?
 He. I erat lauachra ferret ut Polyxenã.
 Ag. E iecit, ut uideatur, hospes hunc necans.
 He. P onto uehendum, membra sic sic disseans.
 Ag. Miseranda mulier, obruta immensis malis.
 He. Perij, nec ullum restat Agamemnon malum.
 Ag. H eu que perinde infausta mulier extitit?
 He. Nulla est, nisi ipsum dicis infortunium,
 Quapropter autem genibus aduoluo tuis,
 A uditu, & æqua si tibi uidear pati,
 M ittam querelas, sin minus, te uindictam
 P rabe mihi hostiũ omnium impissimi.
 Qui nec siuera, nec infera uerens numina,
 M anu peregit facinus immanissimum,
 M ensa receptus sæpe communi mihi,

HECVBA

Primumq; amicos inter, obtinens locum,
 Demumq; affecutus, quicquid æquũ erat, dolis
 P ræcogitatis, filium occidit meum.
 A t nec sepulchro, quando decreuit necem,
 Dignatus est, sed æquori abiecit fero.
 N os imbecilles forsitan & captæ sumus
 • A t diũ ualentes, lexq; diuis imperans.
 • E tenim uel ipso lege censemus deos.
 • A equa, atq; iniqua hac finientes uiuimus.
 E a siquidem ad te pertinens, pereat, neq;
 P ænas luant ij, qui trucidant hospites,
 V el audeant qui sacra diuis tollere,
 I am penserit mortalibus prorsum nihil.
 H oc itaq; fœdum si putas, me respice,
 M iserere nostri, pistor & uelut pœcul
 S tans, me inuere. quanta perpetiar mala.
 R egina dudum, ancilla nunc quidem tua.
 M odo cincta gnãis, orba nunc, anus simul
 D eserta, & exul, infima in mortalibus.
 H ei misera, quoniam clam mihi abducis pedẽ?
 S um actura, quantum apparet, in felix nihil.
 • Quid discipulis (dignum ut est) in cæteris
 • S udanus, atq; singulas inquirimus?
 • A c non magis suadela, quæ mortalibus
 • R egina sola est, exanissim exquiritur?
 • D atq; prætio discitur, Quo que uelit,
 • E a quisq; persuadere possit, & assequi?
 Q uis itaq; posthac læta promittet sibi?
 G natũ tot illi, non mihi adsunt amplius.
 A bducor ipsa capta, & indigna patiens.



EVRIPIDIS

- Vrbisq; fumum subuolantem conspicio.
 Ast illud, etsi forsitan importunius,
 Hunc admonere ueneris, eloquar tamen.
 Mea gnata Phœbas ad lanis cubat tuum.
 Quam multitudine phrygia Cassandram uocat.
 Vbi quæso noctis rex suauis iam refers?
 Dulcissimorum aut in thoro complexum
 Quam gnata gratiam feret, & ex illa ego?
 Siquidem tenebræ, & noctis oscula scilicet
 Summam inter homines beneuolentiam seruent.
 Nunc igitur audi hunc mortuum coram uides.
 Hunc si uiuabis, cum sit affinis tibi,
 Facies probe. unius parum est oratio
 Membri, nec una lingua nobis est satis.
 Utinam quidem fiant mihi uocalia
 Brachia, manusq; comæq; & extremi pedes,
 Seu Dædali arte, siue quopiam deo,
 Ut cuncta pariter genua contingant tua,
 Plorantq; & omnis generis emittant scnos.
 O rex, & o lux summa Achiuum, flectere.
 Dextramq; opiferam porge supplicii. Rei
 Nil aliud ut sit, attamen uiri est prohi,
 Ut faueat æquo iusta quod potest, iuuans.
 Contra, maleficos semper afficiat malis.
 Ch. Mirum est, ut omnes res cadant mortalibus.
 Moderantur ipsa & fata leges, ac regunt,
 Dum qui fuere nuper inimicissimi,
 Statuunt amicos. Rursus & quibeneuoli
 Fuerant, eos odijs acerbant nutuis.
 Ag. Ego teq; gnatumq; Hecuba, fortunas tuas

HBCVEA

- Suscipio miserans, supplicem simul manum.
 Voloq; & deorum, & æquitatis gratia,
 Pœnas tibi istas hospitem impium dare,
 Si quo uidebis posse confieri modo,
 Simul ut tibiq; commodetur, nec tamen
 Me multitudine fauore Cassandræ sciat
 Necem hanc tyranno thracio molirier.
 Scruplo illud animum turbat iniecto meum,
 Quod illum amicum copie ducunt uirum.
 At rursus istum qui peremptus est, suum
 Hostem autumant. is siquidem est carnis tibi,
 Priuatum id est, nec perinet ad exercitum.
 Ad ista noris, q; uolentem me quidem
 Habes, ut ad sim rebus adiutor tuus,
 Opemq; ferre promptum, & accinctum tibi,
 Contra, pigrum, si offendo multitudinem.
 He. Heu,
 Vt nemo quisquam liber est mortalium, aut
 Fortuna seruum reddit, aut pecunia,
 Aut scripta lex, aut multitudine ciuium.
 Vetat suo pte uiuere ex arbitrio.
 Sed quia paues, nimismq; multitudini
 Tribuis, ego isto te leuauero mens.
 Sis conscius modo, si quid intendam mali
 Huic, qui peremit. ceterum adiutores nihil.
 Tantum hoc ferente, quæ feret, si qui interim
 Existet, aut tumultus, aut succursio
 Compesce tu, studere dissimulans mihi.
 Porro alia, fide, cuncta conficiam probe.
 Ag. Qui quæso? quid ages? num manu, cū sis anus



EVRIPIDIS

Ferro prehensio barbarum interimes uirum?

An magis uenenis, siue quali tandem ope?

Tibi unde amicos? quæ tibi assistet manus?

He. Hæc ipsa claudunt tecta Troadum gregem.

Ag. Prædam Pelasgum forte captiuas ais?

He. Per has quidem sum ultura carnisfici meum.

Ag. Et qui uirile robur adierit fœminis?

He. Res ualida multumdo, nec superabilis,

Armata quando est clancularijs dolis.

Ag. Res ualida, sed muliebri non probo genus.

He. Quid? nonne iuuenes nuper Aegyptio sator

Omneis seuel fœminea conficit manus?

Maresq; Lenino susulere fœminea?

Sed qua gerendum sit uia negotium,

Istam mihi relinque sollicitudinem.

Quin fœminam hanc per copias duci iube

Tuto. hospitium sed tu profecta ad Thracium

Dic, aduocat regina te dudum Ilij

Hecube, tu apte gratia haud minus, ac sua,

Gnatosq; refert scire & hos, quæ mox tibi

Narrabit illa. Sed recentem uictimam

Agamemnon inter hæc ueta sepelirier,

Germanus una ut cum sorore, uno rogo

Geminus dolor parenti. humo condi que ant.

Ag. Ita fiet, at si nauigare copijs

Licisset, hoc tibi haud queam largirier,

Sed quia ferentis nunc negat uentos deus,

Manendum, & opperendum erit nobis, quoad

Deur secundus cursus, atq; commodus.

Bene uertat autem, quippe pariter omnium

Et publicitus,

HECVBA

- Et publicitus, & singulorum proprie
 - Refert, malis, male euenire, bonis, bene.
- Ch. Patria heu dolor Ilium, haud
 Vrbs inexpugnata uocabere post hac
 Tam densa circum Danawm tegere nube,
 Domita, heu domita hosti es,
 Spoliataq; urrium corona.
 Fumi uapore flagranti
 Pingeris miserabili nigrore.
 Non te rursus obambulabo.
 Non offis medio interui,
 Cum iam a cœna semnus suauis
 In oculos spargitur
 Solennibus ac sacris choreis,
 Cantibusq; peractis,
 Tacet in thalamo maritus,
 Suffixaq; lancea,
 Paxillo hæret in alto.
 Et necdum agmina nautica Troi
 iæ conscendere mania sentit.
 Ast inter hæc mihi reuinctis
 Mitris uaga lege, & orbe
 Certo coma componitur
 Aurei rotundum
 Spectanti speculi æquor, atq;
 Lecto proxima stabam,
 Subintratq; mox eram cubile,
 En oppidum occupat tumultus,
 Phrygumq; talis urbe clamor
 Sonat. quando achiui, quando, agendum



EVRIPIDIS

Populati ualidam Phrygum arcem,
 V estras domos repetitis?
 A t dulcis thalamos ego simplici
 Relinquo ueste sic, uti
 Solent puellæ Dorides.
 Nec profuit mihi, quo supplex
 Procumberem Artemidi infelix.
 A gor autem, oculis uirum intremptum
 Inuens, pelagi per undas,
 Urbemq; respectans, ubi
 Tam pedem reducem carina
 Moueret, undiu agum per æquor,
 M e q; solo abduceret Iliaco,
 D olore concidi, germa
 nam Dioscurorum Helenam execrans,
 I dæumq; pastorem,
 P estiferum Paridem, q̄ è parente
 T ellure ne exigeret,
 A t q; pellerent domo nuptiæ, non nuptiæ.
 I nmo dæmonis
 M ale amici
 Atrox calamitas quepiam. at
 I llam neq; maria tumida reueant, neq;
 A d patrias peruenerit ædeis.
 Po. O Priamē pectori uir omnium meo
 C arissime unus, atq; item carissima
 H ecuba, illachrymo te conuies, urbem ac tuam,
 I stamq; que modo est perempta, filiam.
 H en
 V t stabile nil est, nec licet confidere,

HECVBA

• C onfidere inquam non licet successibus,
 • V t, qui secundis flores, haud in posterum hic
 • R ebus repente fiat aduersus miser.
 • V erum excitato susque deque numina
 • M iscent tumultu cuncta. Proinde incitina
 V eneramur illa. Flere at hæc quorsum atinet,
 C um nil medelæ ad pristina adferant mala?
 A bsentiam at tu siquid incusas meam
 I gnosce, nam forte inimis aberam procul
 T hraces in oris, hunc ubi appuleras locum.
 V erum ut reuerenti famula proinuis domo
 P edem efferenti commo. dum occurrit tua,
 V erbis tuis mihi nuntians, quæ simul ego
 V t audij, è uestigio huc me conuuli.
 He. Ore intueri te quidem aduerso pudet
 P olymestor, istiusmodi sitam in malis.
 N am cui beata uisa sim, huic me pudor habet
 I n hoc statu, in quo nunc ago reperirier.
 N e q; te queam rectis meri pupulis.
 S ed ne putaris istud esse odio ni
 P olymestor, atque est quippiam in causa rei.
 V el lex recepta moribus mortalium,
 A duersa nequa sæmina spectet uiros.
 Po. N e q; miror equidem, me sed ad quid est opus?
 C uiusq; gratia moueo domo pedem?
 He. A rcara res est, quam tibi, ac gnatibus
 C upio referre. proin satellites mihi
 P rocul his iubeto abfistere a tentorijs.
 Po. A bite uita hæc solitudo, tu quidem es
 B eneuola nobis. beneuolus mihi hic ient



EVRIPIDIS

Exercitus, Sed indicare iam tuum est,
 In quo beatum deceat afflictis openi
 Adferre amicis, promptus admodum sum ego.

He. Dic hoc prius, quem creditum domi tenes
 Patris e manu, meaq; Polydorus meus
 Viuit ne? deinceps reliqua percontabimur.

Po. Viuit profecto, hac parte res bene habent tuæ.

He. Vir optime, ut probe loqueris, ac digna te.

Po. Post hæc quid ex me concupiscis discere?

He. Etiam parentis nunquid est memor mei?

Po. Quin clanculum ad te studuit huc accurrere.

He. Sed saluum id aurum est, Iliò quod atulit?

Po. Seruatur istud in ædibus saluum meis.

He. Seruare perge, nec appetas res hospitium.

Po. Absit mulier, ijs quæ, mihi adsunt, perfruar.

He. Scin' ergo quæ tibi proloqui, ac gnatis uelim?

Po. Ignoro, uerbis indicabis hoc tuis.

He. Amentur ut tu nunc amatus es mihi.

Po. Age, quid uolebas scire mecum liberos?

He. Gæa priamidon abdita ueteres humo.

Po. Istuc referri filio cupis uo?

He. Prorsum, & quidem per te, uir es etenim pius.

Po. Quid igitur hos adesse oportet liberos?

He. Moriari si tu scire & hos satius erat.

Po. Probe elocuta es, & hoc modo consulius.

He. Scin' illæ delubra ubi sunt palladis?

Po. Tbesaurus illic scilicet? signi at quid est?

He. Tellure summa prominens ater lapis.

Po. At nunquid, hinc quod ad hæc loqui uelis mihi?

He. Serues uelim has, quas exulipeccunias.

HECVBA

Po. Vbi nempè? an intra amictum? an abditas hês?

He. Spoliorum aceruo his de litent tentorijs,

Po. Vbi? nam hic pelasgum nauica tabernacula.

He. Sunt propria capiti scemini tentoria.

Po. Tutan? satis sunt inuis, atq; absunt uiri?

He. Inuis Pelasgum nemo, nos sole sumus.
 Sed intro propera, quippe Graij ab Ilio
 Cursum ad penatis flectere cupiunt; suos,
 Vn cuncta ubi peregeris, quæ te quidem
 Peragere par est, nam tuis cum liberis
 Eò queas reuertier uidelicet,
 Vbi nœuum ipse collocasti filium.

Semi Non diu dedisti, at forsitan pœnas dabis
cho/ Poru ut procul quis turbidis nasti maris
rus Errans procellis, mox suaui orbabere
 • Anima, atq; uitam deferes. Siquidem dolus,
 • Nec æquitan, nec deis sat congruit.
 Pestifera, pestifera mala.
 Heu mentietur istius tibi spes uia,
 Læstifera quæ te adduxerit sub tartara
 Eho miser, sterneris inbelli manu.

Po. Oculum orboreheu luce, & aspectu miser,

Se. Viri euulatum Thracis audistis precor?

Po. Heu rursus eheu, liberos necant meos.

Se. Inuis peracta genera supplicij noua.

Po. Nunquam tamen quantumlibet pernicious
 Me pedibus effugiens, immo protinus
 Quatiens & ipsa tecta fundinus eruam.

Se. Vibratur ecce dextera telum graui,
 Vnlis ne ut irruamus intro? locus enim



- H ecubaq; & istis ferre suppetias monet.
He. R efringe (nequid parferis) uellens fores.
 O culosenim haud resarciēs unquam, neq;
 V iuos uidebis, quos necaui, liberos.
Se. N um Thracij uictrix potiris hospitīs?
 P atrastin' hęc, cuiusmodi narras, hera?
He. M ox hunc uidebis prodeuentem ex ædibus
 C æcum, atq; cæcis lubricantem passibus.
 P ariter duorum liberum cadauera,
 Quos ipsa cum fortissimis Iliadibus
 F erro peremi. Iamq; persoluit mihi
 P ænas, sed (ut uides) foras mouet pedem.
 V erum hinc procul concessero, ac uita uero
 I ra æstuantem Thracia, et in domum uirum.
Po. H eu, quo ferar? quo intendam? quo torquebo
 Q uadrupedem gradum, montigenæ feræ
 P ressa manu uestigia tentans, Quonam
 H uc, an ne illuc desectam cursum?
 V t uiricidis, quæ me perdunt,
 T roadibus iniiciam manum.
 S celestæ, scelestæ Phrygum nurus
 P roh execratæ
 Q uo me pauitantes
 S e abdunt lætebris?
 O utinam meis sanguineis oculis
 M edeare, medeare, mihi lumina
 C æca adimens phœbe.
 A t at sile, oculum gradum sentio har
 rum mulierum.
 Q uo cæco pedem? atne, atq; ossibus

- M e expleturus? quo mihi sumam
 P ænam iniuriæ mee. Io miser
 Q uo, quo rapior? sola tartareis
 B acchis relinquo secunda pignora, &
 C ædem canibus cruentam
 I mpias dapes, montanamq; prædam.
 Q uo tendo? quo me uerto?
 V t sali nauis in fluctibus
 T urgida uela distendens
 F unesnam in has me recipiens lætebras
 C ustos neorum liberum.
Cho. E heu miser, q̄ grania perpeteris mala?
 S ed cum patraris sæda, pænas asperas
 S umpfit, deorum quisquis in sensus tibi.
Po. E heu, che ferocis
 G ens marialis Thraciæ,
 H asta ualens, equisq;
 O be Pelasgum copiæ,
 E bo duces Atridæ,
 V oco uoco rursum uoco.
 V enite adeste cursu,
 O mnes rogati per deos.
 A udit aliquis uocantem?
 A n nemo nobis feret opem?
 Q uæ uos moræ retardant?
 M e perdidere sæmina.
 M e perdidere captæ.
 A c erba, ac erba peruli.
 H eu dira nostra clades,
 Q uo uertor, aut quorsiam feror?

EVRIPIDIS

- Vtrum ne subuolabo
Sublinem ad aetheris domum?
Vbi minax Orion,
Vbi Sirius oculis suis
R adios iacit micantis,
F lanumis micanteis igneis?
A n tartari ni grantis
T ristem petam portum miser?
Ch. Vbi q̄s malorum pondere, atq; sarcina,
Quā ut ferre possit, acerbiore, premitur, huic
Sit uenia uitam calamitosam linquere.
Ag. Me exciuit huc audita uox. neq; enim (scio)
R upis profunda filia, per exercinam
R eboauit Echo, concitans strepinum, at nisi
E uersa consset Marte graio pergama,
M etū hic dedisset strepinus haud quaquā leuē.
Pol. A gamemnon animo rex meo carissime,
N am uocem ut au.lij, illicco agnoui tuam,
E n ipse nobis hoc, quod accidit, uides.
Ag. Polymestor ehen te quis euerit miser?
Quis ademit oculos, sanguine infectis genis?
A tq; hos peremit liberos? is quisquis est,
I n teq; gnatosq; odia saena gesserat.
Pol. A diuina captiuis Hecuba meo foemina
E xtinxit, haud extinxit, immo & amplius.
Ag. Quid ais? patrastrin facinus hoc, quod hic ait?
T un' ausa es Hecube tam stupendam audacia?
Pol. Hem quid ais? illa nunc ubi hic adest prope?
A ge indica. dic ubi sit, ut raptam manu
L aniem, ac cruentem corpus omne sanguine.

HECVBA

- Ag. Hem tu quid ais?
Po. Hoc per deos te deprecor.
I sti furentem me sine iniuriam manum.
Ag. Tibi tempera, istam mente barbariem exuens.
Dic, ut ubiteq; & hanc uicissim audiuerō,
Quapropter haec patiare, recte iudicem.
Po. Dicam ergo. Quidam Priamidū minimus fuit
P olydorus Hecuba nanus. hunc Priamus mihi
D omi educandum misit abs Troia pater,
E xscidia iam tum praestitimus urbis suae.
E um peremi. Cur eum peremerim
A uditō, quam sapiente prouidentia,
M eni, relictus ne tibi hostis, hic puer
T roiam aggregans, hoc rursus incoleret solum.
P orro ubi Pelasgi Priamidum resciferent
S uperessē quendam, rursus huc appellerent.
T um deinde Thraces hosce populantes agros,
I ncurrerent, nocente uicino illo,
Q uo nunc & ipso rex laboramus malo.
A st Hecuba simul, ac filij necem sui
C ognouerat, me hac arte duxit, abditos
I n illo monstrare thesauros mihi
P romittit, auri Priamidum, cum liberis
I n tecta solum inducit, ut nequis alius
M ortalium ualeret haec cognoscere.
S pondaq; media sedeo, curuato genu,
S tatim frequentes hinc et hinc cingunt manus.
A c uelut amicum me liae circumfident
I uxta puella, textaq; Edonica manus,
T ractant tenentes, lucidam uidelicet



EVRIPIDIS

A d auram amicius hosce spectantes probant.
 A liaq; Camaca dum intuentur Thraciam
 I am me renudant duplici stolismate.
 A t quae pepererant, hae suspentes, pignora
 L ibrant in ulnis, ac uicissim per manus
 T radunt, ut a parente summoeant procul.
 D ebinc post susurros inter ipsas nutius,
 T acitasq; post mussiones, era
 Q uibus o deimodis, repente e nestibus
 L aciniosis proferentes spicula,
 F odium puellos, rursus hae more hostico
 M anusprehendunt, atq; continent, meas,
 P edesq; gnatis ferre concupiens opem,
 S i fors an ora gestiebam attollere,
 C oma tenebant, siue motabam manus,
 D ensa undiq; imminente mulierum agmine
 A t q; opprimenta proficio miser nihil.
 P orro supremum iam malum plusquam malū
 M ire patrarunt, quippe correptis manu
 A cubus, mihi orbis luminum miserrimos
 F odium, cruentant, deinde mox circum domū
 F ugitant, at ipse nempe profilio foras.
 V t fera cruentas persequens cursu canes,
 O mnemq; lustru parietem, uenantis in
 M orem, modumq; concutioq; & dissipō.
 A t q; hae quidem sum passus Agamemnon, tibi
 D um facere gram studeo, sustollens tuum
 H ostem Sed ut ne uerba longius traham
 D e sceminis si dixit antehac quis male,
 H odie ne dicit, siue post dicturus est,

HECVBA

Cuncta haec ego compendio dicam semel.
 • Neq; terra simile, nec frenum gignit genus.
 • A t q; illud ipsa discit experientia
 • S enper, cui cum illis negotium incidit.
 He. Tanta caueo utare confidentia,
 N e ue ex tuis ipsius aestimans malis,
 M uliebre sic uel omne uinperes genus.
 P lerq; nostrum alia quidem laudabiles.
 A lia malarum de grege, ac numero sumus.
 • A gamemnon haud decet hominē lingua magis
 • V llo ualere tempore, ac factis ualet.
 S ed seu proba egit, oportet & probe loqui,
 S eu praua, rursus dicta & esse puida,
 N ec iniqua quae sunt, posse differere bene.
 C atū quidem sunt, ista, qui callent probe,
 A t non quierunt esse ad extremum cati.
 V erum malis periere cuncti cladibus,
 N ec ullus horum exita suffugit sua.
 E t hoc quidem ad te sit mihi proemij,
 A d hunc reuertar, ac locis respondero.
 Quid ais? Achiuos ut labore duplici
 L euare posses, gratiaq; Agamemnonis
 M ucrone gnatum tuū peremisti meum?
 A t qui scelestē, Primum Achium cuiquam
 H aud quāq; amicū barbarum fuerit genus,
 N eq; possit esse, deinde quamam gratia
 P rodesse properas? num q; affinis cui, aut
 C ognatus esses, aut quid argumenti habens?
 A n ne reuerti carperent segetem tuae
 T elluris? horum cui putas facies fidem?



EVRIPIDIS

Aurum (satri uera si modo uoles)
 Et tua cupiditas filium exstinxit meum.
 Etenim doce illud donec incolumis fuit
 Troia, urbisq; adhuc nunita turribus stetit,
 Vixitq; Priamus Marte florens Hectoris,
 Quin tum mereri de hocce si libuit bene,
 Cum gnatum haberes nutriendum in adibus,
 Aut encastri, aut uiuim in Argiuim manus
 Ductum dedisti? at nos ut occidimus, simul
 Et ab hoste captam fumus urbem prodidit,
 Iugulasti amicum, & ad lares profugum tuos.
 Ausculta ad hæc, nunc unde sceleratus magis
 Videare. Si bene uolus Argiuus eras,
 Aurum, quod huius esse noras, haud tuum,
 Adferre decuit, ac dare ijs, quibus erat opus,
 Amosq; multos patria degunt procul.
 At tu manu ne nunc quidem euelli tua
 Patre, at postris possidens in adibus.
 Quod si educare filium, ut te dignum erat,
 Sic educaasses, atq; seruasses meum,
 Laudem profecto comparasses inclytam.
 • Siquidem in malis quisque potissimum boni
 • Patent amici, læta amicos passim habent.
 Iam si fuisset opus tibi pecunia,
 Incolumis & modo ille uixisset tibi
 Thesturus in gens filius fuerat meus.
 At nunc nec ipsum amicum habes tibi uirum,
 Auriq; lucrum periit, ac gnati tui
 Tuq; ipse ad ipsum scilicet agitis modum.
 Porro illud Agamemnon tibi iam dicam ego.

HECVBA

Hunc si uiuabis uir uidebere improbus.
 Nam nec pio, nec fido in hos, in quos decet,
 Non æquo amico, non bono, facies bene.
 Quin te malis gaudere dicemus, quia
 Sis talis ipse. heris sed haud conuuior.
 Ch. Res mira, ut homini materiam semper probam
 • Oraculis, facta suppeditant proba.
 Ag. Aliena nobis iudicare graue est, mala,
 Tam en necesse est. nam pudor sit, in manus,
 Reicere causam, cum senel receperis.
 Mihi, ut sciens sis, neq; me apte gratia,
 Sed neq; pelagum, hominem uideris hospitem
 Necasse, uerum ut aurum haberes in domo.
 Nunc in malis que conferunt tibi, loqueris.
 Iugulare forsitan hospitem, uobis leue est,
 Nobis Achiuus istud oppido est graue.
 Quin am probum ergo fugio, si pronuntia
 Te iam innocentem? non profecto ulla queam
 Quin potius, ubi que, non licent, haud ueritus es
 Patrare, tolera que uicissim non libent.
 Pol. Pro ut uidetur uictus a muliercula
 Capta, dabo supplicia deterioribus
 Ag. Meritoq; quando uir patraisti mala.
 Pol. Heu liberos, oculosq; steo miser meos.
 He. Doles? dolere filium haud credis mihi?
 Pol. Malefica gaudes? me q; afficias malis?
 He. Quid enim? ultra te, non gaudeam iure, optimo?
 Pol. At non item fortassis ubi te uis freni,
 He. Nunquid uebere pelagici ad plagas soli?
 Pol. Immo supremis lapsam ab antennis te get.



EURIPIDIS

- He. At unde saltus tanta temeritas mihi?
 Po. Malum ipsa celeri nauis ascendes pede.
 He. A latan' humeris? uel quibus tandem modis?
 Po. Fies canis. oculos igne lucentes gerens.
 He. Qui nota forma uersio tibi est mea?
 Po. Threicius augur Bacchus ista prodidit.
 He. At ex tuis nil ille praecinnit malis?
 Po. Sic neutiq' me fraude cepisses tua.
 He. Desunctan' illic, anne uiua finiar?
 Po. Desuncta. nullo nomen in datur tuum.
 He. Sumpnum a signora? aut quod aliud dicis meū?
 Po. Canis sepulchrum, nautis signum uagis.
 He. Nihil laboro, posteaquam te ultra sum.
 Po. Quin filiam necesse Cassandram mori.
 He. E quidē haec abominor, in caput reprecans tuū.
 Po. Coniunx at illam interimet huius aspera.
 He. Ne sic mihi unq' gnata Tyndarifur at.
 Po. Quin ipsam & hunc bipenne librata in caput,
 Ag. I tan furis tu, qui malum accersas tibi?
 Po. Ne ea, ad lauacra mortifera te Argis manent.
 Ag. Non hunc ministri ui trabeis hinc procul?
 Po. Audire graue?
 Ag. Non ora continebitis?
 Po. Opprimite, dictum est.
 Ag. Quam potest occysime
 Non huncce selas deferetis in insulas,
 A deo prociaci quando lingua abutitur?
 At Hecuba tu prohmifera, funera gemina
 Abi, atq; se peli. non optaret herilia
 Adire quanque Troades tentoria.

HECVBA

- Etenim hos secundos uideo uentos, patriam
 Versus. bene autem nauigemus, atq; item
 Liceat domi res prosperas offendere,
 Tandem expeditis hisce iam laboribus.
 Cho. Ite ad portus agite, & grauium
 Ad tentoria tendite saua.
 Experura posthac fertis
 Aerumnas seruilis acerbas.
 Nam sic urget ne scia flecli, &
 Cogit dira necessitas.

ARGUMENTVM IPHIGENIAE IN AULIDE.

OSTOYAM Græcorum dux
 ces oēs una cū classe, reliquoq;
 belli apparatu in Aulidē cōue-
 nissent, ut inde pariter ad Troiā
 euertendā nauigarent, tanta con-
 secuta est cœli tranquillitas, ut nequaquam esset
 nauigandi facultas. Quare cum exercitus iam
 moleste ferret, se frustra tempus inibi terere, con-
 silijs extis. Chalcas augur respōdit, Dianæ Auli
 densi immolandum esse Iphigeniam Agamēno-
 nis filiam. atq; ita Græcos feliciter ad Iliū nauiga-
 turos. Itaq; conuocatis copijs Agamemnon psuas-
 sus a Menelao, patitur fieri decretum, ut accersas-
 tur puella. Cæterum quo libētius eam Clytemne-
 stra mater mitteret, priuatim fingūt titulū, quar-

EVRIPIDIS

si Achylli Græcorum principū summo foret nuptura. Hoc commentum solinouerant Agamem non. Menelaus. Chalcas, atq; Vlyses. At qui misissiam ad uxorem literis Agamemnon, cum superioris consilij pœniteret, & filie futuram cœdem ferre non posset, noctu clanculum alias ad uxorem literas scribit, denuntiâns, ne uirginem mittat in Aulidem, in aliud enim tempus proferendas nuptias. Eas antelucano seni cuidâ seruo Argos perferendas committit exposito simul eaq; argumento. Verum hunc cum epistola Menelaus, dū & ipse ante lucem puellæ aduentum obseruat, intercipit, & acriter cum fratre de cōsiliij inconstantia exposulat. Interea è comitant Clytēnestra præcurrēs qdam, Agamēnoni Menelao p̄sente nuntiant, adesse in Aulide Iphigeniam, una cū matre, & Oreste infante, neq; eā rem clā esse exercitū. Ibi simul atq; Menelaus sensit, illiam non esse integram filiam remittere. sicte fratri cœpit suadere, ne uirginem sua cāpateretur occidi. Dum hæc inter illos uersantur, Interim adueſta est Clytemnestra cū filia, nullisq; modis exagitantur patris affectus, dū cōsiliū de iugulanda filia studet celare. Qua de re dū consulturus Chalcantem abiisset, interea accessit Achylles exposulaturus cum Agamemnone. Salutatur a Clytēnestra tanq̄ futurus gener. Achilles ignarus demiratur. Ibi seruus senex ille, cui literæ secundæ fuerant cōmissæ, rē profert, produitq; cōsiliū regis. Indignatus Achil-

les q̄

les q̄ ad cædē uirginis suo nomine essent abusi, in concilio defendit eam, ne perimatur sed uincitur suffragijs. Itaq; cum res ad summū tumultum spectare uideretur, reliquo exercitū postulāte puellā, contra Achille cū uniuersis depugnare parato, ipsa ultro mutata sententiā, suadet matri satius esse speciosam appetere mortē, quā ob suā unius uitam aut tot principes in certaminis piculum uocari, aut rem tantam omitti. Ducta igitur ad aram deæ, ipsa quidē sublata est in Tauricam regionem, at eius loco cerua supposita est. Sacro peracto, nauigant Græci.

GVLIELMO ARCHIEPISCO
PO CANTVARIENSI
ERASMVVS. S. P. D.

Posteaq̄ huic tragœdiæ manu admoliri cœpissēm amplissime Præsul, protinus alium quēdam orationis gustum, diuersamq; carminis indolem sentire mihi sum uisus. Nam (ni fallor) & plusculū habet candoris, & fusior est dictio. Quo quidem noie Sophoclea uideri queat. At rursus argumentorum densitate, quasiq; declamatoria quadam suadendi, ac dissuadendi facultate, parentem Euripidem magis refert. Quāquam utri sit inscribēda, neq; merum est pronuntiare, neq; magni referre puto. Nobis tamen uisum est de pristina illa nostra religione non nihil remittere, ne non hæc enī in parte congrueremus argumentō. Proide

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDOS.USAL.ES

EVRIPIDIS

*Iphigeniam paulo tum fufius, tum copiofius tra-
duximus, at ita rurfum, ut ab interpretis fide neu-
tiq̄ recederemus. hoc uno in utraq; finnis aufi
diffentire, qđ in Choris inmodicam illam car-
minum uarietatem, ac licentiã, aliquannulum
temperauimus, fperantes futurum, ut hac in re
docti nobis ueniam darent, nimir̄ in tantis uer-
fantibus anguftijs. quandoquidem neq; Flaccus
Lyricor̄, neq; Seneca Tragicoꝝ poetarum tã
tam in metris, aut pedum libertatem, aut gene-
rum diuerfitatē fit æmulatus cū uterq; fequere
tur Græcos dūtaxat, non ē interpretareur. Qđ
fi mihi per grauiora studia liceret, alias aliquot
uertere Tragædias, non modo me non pœniteret
huius audacię, quin etiã non uererer choror-
rum & ftilum & argumenta commutare, mal-
lemq; uel locum quempiã tractare cœni, uel in
amœnam aliquam exspatiari, exspatiari,
quã in canoris (ut uocat Horatius) nugis operã
fumere. nufq̄ enim magis ineptiffe uidetur anti-
quitas, quã in huiusmodi Choris, ubi dū nimir̄
affectat noue loqui, niãuit eloquentiã, dūq; uer-
borum miracula uenatur, in rerum iudicio cefsa-
nit. Vale. meum decus.*

PERSONAE FABVLAE.

*A gamemnon imperator.
Senex feruus eius.
Chorus ex mulieribus chalcidenfibus.*

IPHIGENIA

*M enelaus frater Agamemnonis.
Clytemneſtra uxor Agamemnonis.
I phigenia filia Clytemneſtrae, & Agamemnonis
Achilles dictus ſponſus.
N untius.*

EVRIPIDIS IPHIGENIA IN

AVLIDE, EGRAECO IN

LATINVM TRADV

CTA ERA SMO

R O T E R O D A M

M O I N T E R

P R E T E .

PRAELOQVITVR AGAMEMNON.

Orsum senior prodi tectis.

Se. *h* Prodeo. Sed quid molire noui
Rex Agamemnon?

Ag. *M*ox cognoris.

Se. *O*cyus appropero mea nans; est

*M*ulum impigra, uigilq; senecta

*S*ic, ut & ipsis conflet, & adfit,

*V*igor, atq; acies ſua luminibus.

Ag. *E*rgo quod hoc age traijcit aſtrum?

Se. *S*irius ardens, qui Pleiadibus

*S*eptengeminis uicinus, adhuc

*M*edio rapidus fertur caelo.

Ag. *H*inc nulla ſtrepit uox non auium

*S*ed nec Pelagi taciti ueni



EVRIPIDIDIS

- Tranquillum sternunt Euripum.
- Se. At tu quid ita testa relinquis,
Rex agamemnon?
Aulida adhuc habet hac alta quies,
Nec muris cessere ex cubia.
Introeamus.
- Ag. Tu mihi forte
Felicem senex esse uideris.
- Nam felicem censeo sane
 - Ego mortalem, quisquis uitam
 - Ignotus, & in gloriosum æuam
 - Transmisit, qui uero ætatem
 - Egerunt in honoribus, horum
 - Sortem haud duco perinde beatam.
- Se. Atqui in istis decus est uitæ.
- Ag. Sed decus istud, lubrica res est.
- Etenim uotis dulce quidem ipsos
 - Est bonos ast ubi contingit idem,
 - Tum discruciat modo religio
Diuum, non sat rite peracta
Labefactam subuerit uitam,
M odor usum hominum mentes uariæ,
Ac difficiles prorsus accerbant.
- Se. Haud ista uiro in principe laudo.
Non te seuit ad omnia læta
- Agamemnon Atreus.
- Gaudere, atq; dolere necesse est.
 - Mortalis enim es. Sin tu nolis,
 - Tamen eueniet, sic dijs placant.
- At tu apposito lumine tædæ

IPHIGENIA

- Scribis epistolium,
Hoc quod manibus nunc quoq; gestas.
Rursus deles, quicquid scriptum est.
Atq; obsignas, deinde resignas,
Piceamq; solo illidit, liquidas
Fundens lacrymas.
Et sic anceps tecum uarias,
Vt nil desit,
Quo minus insanire puteris.
Quid habes? Quid habes?
Quæ noua res, quæ res noua quæso
Tere agit?
Quicquid age est, imperi nobis.
Fido, atq; probo dixeris homini.
Nam tibi quondam donis partem,
Cum uxore tua me Tyndareus,
Misit dignum sponsæ comitem.
- Ag. Leda obigerunt Thestiaditres filia,
Phebe, Clytemnestraq; quam mihi duxi ego,
Heleneq; at huius nuptias multum proci
Petere, iuuenes Græciæ opulentissimi.
Verum hinc minæ truces coorta, & nubia
Cædes uirum imminere uisa non leuis,
Quisquis fuisset non potius uirgine,
Ita ut hesitaret mente Tyndareus pater
Vtrum ne daret, an non daret, nimirum agens
Sibires ut ista cederet prosperrime.
Atq; interim illud uenit in mentem uiro,
Vt coiret iureiurando proci,
Atq; inter ipsos iungeret dexteras, adhæc

Adolenda diuom ponerent aris sacra.
 Ac semetipfi astringerent, diris ad id
 Caput obligantes imprecationibus,
 Vt quisquis ejet ea potius coniuge,
 Huc adessent uindicaturi simul,
 Si quisquam eam per uim raperet ex ædibus,
 Depellerentq; possidentem a coniuge,
 Belioq; adorã, ciuitatem exscinderent.
 Armis perinde pelagicam, atq; barbaram.
 Vbi federe autem sunt adacti, ac deniq;
 A finis ex animi sui sententia
 Persuasit illis arte, & ingenio Senex,
 Gnatã facit ius, uti prociã ex omnibus,
 Deligeret unum quenlibet sibi uirum,
 Quocunq; grata ferret aura Cypridis.
 Menelaon illa deligit, & osi foret
 Nunquam potius deim profectus Ilio
 I.acedamonaille, qui arbiter quidem trium
 Fuerat dearum, uulgo ut homines dicunt,
 Insignis, ac nitens amictu florido,
 Auroq; fulgens, barbarum uidelicet
 Luxum, atq; cultum gentis ostentans sue,
 Amans amantem fugit abreptam uebens
 Helenen, & Ida abduxit ad bubilia.
 Menelaus itaq; solus e graijs, graui
 Irasirens, uenusta soceri federa
 Testans, esse ius, & æquum prædicat,
 Vniferant iniuria læsis opem.
 Hic ergo Danaum uerba, Marte perçita,
 Capessit arma, arctosq; in Aulidis funis

Conuenit huc, & ratio, et sentis simul
 Instructa equisq; curribusq; plurimis.
 Hinc me ducem legere Menelai uice,
 Quia frater essem. Sed uinam loco mei
 Alij hoc honoris contigisset cuiquam.
 At nunc coactis undã quaq; copijs,
 Hac ociosi desidemus Aulide,
 Quod nauigandi copiam uenti ne gent.
 Calcasq; uatũ missitans tacitus diu
 Respondit, Iphigeniam, ego cui pater,
 Diue immolanda huiusce præsidi loci.
 Ita nauigandi copiam Graijs fore,
 Simulq; Troiã diruenda mœnia,
 Hanc si immolassent, sin minus, tum non fore.
 At ego hæc ut audio, iubeo uoce publica
 Dimittat omnem Talthybius exercitum,
 Vt qui illud animo facinus haud unquam meo
 Laurus essem, gnatam uñ perimerem meam.
 Totas ibi aris frater intencus mihi, ac
 Expernis omneis persuadendi uias,
 Tandem impulit me, atrox ut auderem nefas,
 Egoq; litteris ad uxorem datis
 Quosliam huc transmūtã impero, uelut
 Nupuram Achilli. & dignitatem exaggerans
 Viri negansq; hunc uelle iunctis copijs
 Cum classe Achiuũ soluere in Phrygas simul,
 Nisi sponsa nostra deur in Pthiam dono.
 Commentus hanc persuasionem ad coniugem
 Meam, puellẽ obtexo falsas nuptias.
 At hæc ut habeant, seli Achiuũ nouimus

d iij

EVRIPIDIS

Menelaus. ego. Chalcas. Ulysses. Ceterum
 Que nam parum bene staueram, nunc has bene
 Recanto, corrigoq; per tabellulas,
 Quas me sub umbra uideras noctis? senex
 Reuincientem, & colligantem denuo.
 Sed eia ad Argos hanc epistolam ferens
 Concede. Quicquid inuis occultant rei
 Cera silentibus exaratum litteris,
 Sermone id omne prorsus exponam tibi.
 Es enim fidelis coniugi, ac domui meæ.
 Has iterum tibi mitto tabellas
 Ledæ germen.

Se. Fare. enarra, quo uoce tuis
 Scriptis consentanea dicam.

Ag. Ne gnatam horsum trans mitte tuam
 Ad sinuosam Euboicæ rupem
 Aulin tacitam.
 Siquidem tædas uirginis aliud
 Nunc in tempus producemus.

Se. At sponsa frustra uis Achilles,
 Non ne minaces animos tollet
 In te, atq; tuam simul uxorem?
 Hinc etiam instat graue discrimen.
 Cedo, quid censes?

Ag. Non enim non rem præbet Achilles,
 Neq; cognouit de coniugio,
 Quodq; dolo nos agimus, nescit.
 Neq; q; sinxi gnatam thalamo
 Ipsi inuicturum esse ingali.

Se. Diraparabas rex Agamemnon,

IPHIGENIA

I ta ne prolem nomine scito
 Sponsæ fueras Danais produ
 cturus, ut esset uictima diuæ?

Ag. Hei misero mihi mente errabam.
 Eheu tristem trahor in luctum.
 Sed iam celeri procure pede,
 Neq; te quicquam tradet euntem
 Særior atas. Se. Rex accelero.

Ag. Ne ue ad fonteis arbore mysta
 Nunc desideas lentus opacos,
 Ne u te blandus subigat somnus.

Se. Quin uerba bona o rex eloquitor.

Ag. Vndiq; scctam scrutare uiam,
 Circumactis obseruans oculis,
 Nequa fallat te mea coniunx,
 Curru præteruicta uolucris,
 Gnatam rheidis huc deportans
 Danaum ad classem.

Se. Fiet. AGA. Iam te proprie sepis.
 Nam si uecta occurrerit illa,
 A uersa domum frena reflectes,
 Ad Cyclopiæ mœnia tendens.

Se. At, qui fiet, ut hac referent
 Dicta, fidem mihi sint habituræ,
 Tum tua filia, tum tua coniunx?

Ag. Symbolon hoc, quod in hisce tabellis
 Portas, serua.
 Fuge, iam lux albescit, & aurora
 Iguæ surgit,
 Ac phœbeæ flamma quadrigæ.



EVRIPIDIS

Hanc operam mihi sume iuvando.

- Nemo ex omni parte beatus,
 - Nunquam siquidem natus quisquam est,
 - Cui nil fuerit, quod cruciaret.
- Ch. MODO profecta Chaláde patria,
 Quae semper arcto iuvandur equore,
 Vbi marino interflua gurgiti
 A réthusa, puro vitrea flumine,
 Rigit arua, uenilitus ad Aulidis
 Euripicos emensa fluctus,
 Agmina graiugenum ut uiderem,
 Classemq; Pelasgum
 Semideum, quandoquidem
 Ad phrygiae per gama Troiae
 Iam mille Graiurum nauibus additi
 Nostri marii, clarum Agnemnonem, &
 Flauicomum Menelaum
 Comitantur, una ut Tyndaridem petant,
 Quam pastor Eurotae ad iuenteis
 Purima arundine ripas
 Idaeus rapuit Paris,
 Praemia quae Venus
 Donarat illi tunc, ubi lenium
 Ad fontium uinas scatebras,
 Cum Iuonone Iouis coniuge maximi;
 Et cum belligera Pallade principis
 De laude formae Cypria mollium
 Mater blanda cupidinum
 Certaret. At qui per Triuicem nenus,
 Lucumq; crebris perpetuo sacris

IPHIGENTIA

Halantem uenio, mi tenera interim
 Dum sic conspicio uiris,
 Repens obortus
 Suffundit ora purpureus pudor.
 Melaiugos clypeos auenti
 Cernere, & armigerorum
 Ferrea castra Pelasgum.
 Bellaces item equos cernere, et acrium
 Agmina densa uirum
 Ac conspexiequidem duos
 Tentorijs in iisdem
 Aiaces, patris hunc germem Oilei,
 Hunc Telanone satum,
 Iuge decus Salaminijs.
 Nec non Protefilauum
 His pariter assidentem,
 Collusitanteis tessarum
 Iactibus omniuugis.
 Conspexi Palamedem,
 Quem nepunia proles
 Produxit, neq; non uiribus, ac manu
 Insignem, Diomedem,
 Oblectantem animos iactibus aenei
 Disci. Nec procul hoc Merionem, inclytam
 Gradini scbolem patris,
 Miraculum mortalibus,
 Et Laerüaden, profectum
 Montuosa ab insula.
 Nec non Niréa, quo nemo Pelasgica
 Inter pulchrior agmina.



VNIVERSIDAD
 DE SALAMANCA

GREDO.SUALES

EVRIPIDIS

Tum cursu, & uolucripedium
 Venis cum rapidis fugis
 Decertare potentem
 Achillem, de a quem progenuit Thetis,
 Chiron finxit, & educavit,
 Vidi littoreis in harenis
 Armis onustum currere.
 Certabat autem cum cibus quadrigis,
 Cursu uolans pedestri.
 Et anteuertens deproperat statim
 Laudem tollere palma.
 Eumelus acris inter
 Ista Pheretades
 Quadrigæ moderator
 Exclamat. huic profecto
 Vidi equas pulcherrimas,
 Frenisq; pictas aureis,
 Stimulo incitante cursum,
 Vastum celerare per æquor,
 Paràm arcuato suppositas iugo,
 Albis terga notis diuariantibus,
 Paràm hinc & hinc æqualibus additas
 Extra iugum catenis,
 Obliquos glomerare flexus,
 Ruffis conspicuas pilis.
 Porro cruribus imis,
 Qua talium premit ungula,
 Diuerso varias colore,
 Iuxta has in armis Aeacides gradu
 Fertur citato, sepenolubili

IPHIGENIA

Canto propinqua, seruidoq;
 Proximus axi.
 Posthæc ad numerosæ
 Classis peruenio trabes,
 Spectaculum in gens, nec recitabile
 Quo mihi blanda uoluptas
 Fæmineos oculos
 Gratissima tuendi
 Illecebra satiare.
 Cornuq; dextrum mirmydonum manus,
 Quæ Phthij ducis
 Militat auspicijs,
 Quinquaginta agitans carinas,
 Pernices, rapidasq; tenebat,
 Porro in eminentium
 Puppium fissigijs
 Sculpiles auro deæ,
 Aequoris, Nereides
 Stabant, nempe Achileiæ
 Signa cohortis,
 Atq; his ordine proxima,
 Paribus recincta remis
 Classis stabat Achium
 Quos Mecistiades agebat,
 Capanecq; satius,
 Bellator Sibelenus. dehinc
 Proles incluta Thesei
 Quinquies denas agens
 Dite ex Atthide nauis,
 Per seriem positas



EVRIPIDIS

In statione tenet
 Harum in puppibus eminebat
 Pallas diua, uolucris
 Nixa quadrigis,
 Signum bene ominatum,
 Visuq; faustum nauis.
 Bæonorum bellicum
 Rursus apparatus
 Quinque decem rateis
 Vidi fluctifecas, citasq;
 Adprobe deceratas
 Signis, quippe minacibus
 Cadmus in rostris erat,
 Fuluum tenens draconem.
 At cohorti nautice
 Terrigena præerat
 Imperator Leius,
 Phocys cui patria tellus.
 Pone illos, totidem nauibus e Locris
 A duectis sequitur gnatus Oilei
 Throniaca urbe profectus.
 Cæterum cyclopijs
 Saus Atreo Mycenis
 Centum rateis agebat
 Denso refertas milite.
 Huc aderat pariter
 Ductor Adrasius
 Nempe amicus amico,
 Vti, quæ domo relicta
 Barbaras Phrygum

IPHIGENIA

Fuerat secuta nupties,
 Vindicaret Tyndarim.
 Ad hæc Pylo profecti
 Nestoris Gerenij
 Vidi rateis in puppibus arduis
 Insignij stabat uice, taurico
 Alpheus ore fictus,
 Qui pylios celer
 Dissecat agros
 Bissenis aderant nauibus insuper
 Anianorum cohors.
 His præfectus Iunæus.
 Hos item sequuntur
 Euryto duce
 Optimates Elidis,
 Quos uniuersa plebes
 Dicit Epeos.
 Agnenq; agebant albireni
 Phylliaci manipuli.
 His ductor præerat Meges
 Quem miserant Echine
 Insulae appellentibus
 Periculosa nauis.
 Ast Ajax Salaminiæ
 Urbis alumnus,
 Cornu iunxit utrunq;
 Dextrum, atq; leuam, comminus admouens
 Bissenas rateis
 Præcípites, agileisq; et
 Vlânus agmina clausit.



EVRIPIIDIS

Sic ut inaudij.
 Nam classicam cateruam
 His ipsa uidi oculis.
 A duerfus hancece barbaras
 Quicunq; dux phalanges
 Committet, est saluus domum
 Nunquam est rediturus opinor.
 Illic itaq; naualium
 Audij, uidiq;
 Agminum cohortes,
 Eadem domi recordor
 Meos apud penateis
 Audisse de pelagum
 Conuocatis copijs

- Se. Menelae iam audes grauiatq; ac immania,
 A udere quae te neuitquam licet, aut decet.
 Me. Abi nimis profecto heris fidelis es.
 Se. Mihi exprobrasti probrium honestum scilicet.
 Me. Iam uapulabis eiulans, ac flens mihi
 Quae te nefas patrare, si patraueris.
 Se. Te soluere tablas non decet, quas ego fero.
 Me. Neq; ferre Achiuus te decet unctis malum
 Se. Contendis haec frustra, has sed amittas mihi.
 Me. Haud quaqua omittat. Se. Sed nec ego remisero.
 Me. Sceptro tuum tibi mox cruentabo caput.
 Se. At pulchrum heri uel mortem obire gratia.
 Me. Omittite multa seruus homo uerba hic facis?
 Se. A gamemnon here uim patimur. hic epistolam
 Tuam manu uiolentus extorsit mea,
 Aequi nec ulla huic ratio constat, nec boni.

Hem

IPHIGENIA

- Ag. Hem quid tumulti in foribus, aut comitij?
 Se. Meum potius, atq; huius est rem diceret
 Ag. Cater Menelae, cu istoc causa quae tibi incidit
 Litis, & contentionis? curq; uitrabis inuim?
 Me. Aspice in nos recta, ut hoc capia loqndi exordiū.
 Ag. Num uerebor lumina in te tollere Atreo fatus?
 Me. Haece nū tabulas uides, scripti ministras pessimi?
 Ag. Video, quae primū sed istas manibus amittas uis.
 Me. Non prius, quā qd inuis, aperiā cūcto agmini.
 Ag. Ita ne scis, quae neuitquam te fas, erat cognoscere?
 Idq; refractis (opinor) epistolae signaculis?
 Me. Aperiens uidelicet, quo te malorum deniq;
 Pudeat, ac pigeat horum quae patraisti clāculū.
 Ag. Verum eas ubi nactus? O dii mentis impudentia.
 Me. Nempē dum cautus tuam seruo, maneoq; filiam,
 Nunquid Argis adueniret ad Pelagum copias.
 Ag. Caterum qui conuenit, tu res ut obserues meas?
 Obscuro an nō est uiri istud ipudentis, & improbi?
 Me. Si enim tulit uolūtas. Seruus haud sū ego tibi.
 Ag. Ista non indigna, & intoleranda quae so per deos?
 Itane per te non licebit, nec sinar, uerogā
 Propriae domus meopte temperare arbitrio?
 Me. Varias sentis, nūc qdē illud, alia dudū, aliā statim.
 Ag. Dicta phaleras. ē malū aut docta lingua pestilēs.
 Me. Varias mens iniqua res est, atq; amicis abdita.
 Iam tenebris reuincam, tu per iracundiam
 Vera ne negato non ego te admodum laudauero.
 Sicut creari ubi fudebas, dux Achiuum ad Ilium,
 Fronte sic, specieq; nolens, sed animo sane uolens,
 Quā tū eras submissus, omnem prēstādo dextera,

EVRIPIDIS

A c forēs habens putante is cuilibet popularium,
 Et salutans ordine omneis, quisquis esset obuius,
 Siquis etiam nolūisset, hunc honorem queritans
 Emere, comitate morum a multitudine cūiūm?
 • A st ut imperio es potius, non es ijsdem moribus,
 • Nec uicissim ut ante, amicus ijs manes, qui se tibi
 • Præstiterē dudum amicos. Sed adiu superbus, ac
 • Fastuosus, habitusq; delites in ædibus.
 • A t suos mutare mores haud decet Probum uirum,
 • Posteaquā splendidus donatus est honoribus.
 • M axime sed nunc amicis esse firmum conuenit,
 • Quando maxime inuare iam potest felicior.
 Hæc tibi primūoprobraui, primū ubi expior malū
 Deide in Aulim ut appulisti, oisq; graiū exercuus,
 Nullus es, sed abnegante prosperum cursum mari,
 Illico fortuna quam dii miserant, te perdinem
 Mente prostrauit. Pelasgi at inter hæc dimittier
 Flagitant classē, negantes esse consilij sibi,
 Vt diutius laborem frustra in Aulide trahant.
 Fama porro q̄ fuissest scæda, & infelix tibi,
 Quanta item perplexitas, animiq; consternatio,
 Mille cum præfectus esses imperator nauibus,
 Niphrygum campos replesses bellicoso milite
 Meq; consulis quid ageres, quam ue reperires uia,
 Ne tibi regno abdicato, fama & occideret decus.
 Hinc ubi inter sacra uates filiam edixit tuam
 Immolādā Artemidi Chalceas, atq; ita Danaïs fore
 Cursum ad Ilium secundū. mente gausus, lubens
 Te immolaturum puellam pollicebaris deo,
 A c uolens, non ui coactus (hoc caueto dixeris)

IPHIGENIA

Coniugiubes, ut horsum filiam mittat tuam.
 Nomine hoc quo, tāq; Achillis spōsa nuberet uirō.
 Nunc repēte uersus, alias mitis inemor schedas,
 Filia nec iam futurus dirus occisor tuæ.
 A ge, sed hic est ipse aether testis, atq; conscius,
 Ista qui te pollicentem uidit, atq; exaudivit.
 • Accidit nimirum idem istuc plurimis mortalibus,
 • In capeffendis negocijs, qui quidam enixæ, quoad
 • A ssequantur, elaborant, deinde sede deserunt.
 I d q; partim incogitant cūiūm uecordia,
 P artim item merito atq; iure, quando non idonei
 Nempe reperiuntur ipsi, rem ueri publicam.
 Ego potissimū inauspicata Græciæ uicem gemo,
 Quæ patrare isigne qddā, & gloriosū i barbaros
 Perditos conata dudum, iam tua caussa, ac tue
 Gnata, eis risum mouebit scilicet foedissimum.
 • Neminem loci creauerim præsidē, aut belli ducē,
 • Seu rei, seu dignitatis, officij ue gratia.
 • Mente diuntaxat sagaci oportet esse præditū hunc,
 • Bellicam quirem administrat cūitatis nomine.
 • Quippe princeps ille, quisquis p̄minet prudentia.
 Ch. Res dira uerbis inuicem alterarier,
 • Dictisq; fratres dimicare mutuis,
 • Siquando lis inciderit, aut contentio.
 Ag. B ene tibi Menelæe contra iam uolo maledicere,
 I d q; paucis necui parum prudenter, ac nimis
 Inuerecunde putemur agere, sed modestius
 • Tibi loquemur, quippe fratri. nam uir iprobis qdē
 • Is tibi uideatur esse, qui uererinon solet.
 Cedo tibi, quid acerba spiras, sic cruento lumine,

EVRIPIDIS

Quis nocet tibi? qd ue factū est? anne raptæ piugis
Recipere præclara sane concupis cubilia?

Non tibi hoc p̄stare nostrum est. nā tuorum tu tibi
Ipsus autor es malorum deinde commissi obsecro

Ipsē quod nunq̄ patrarim, innoxius penas luam?
Anne honor te noster urit? at uenustam coiugem

Misso hōesto, æquo, bonoq̄; uis tenere amplexibus
Nam uiri mali, improbiq̄; sunt uoluptates malæ.

Ego quod antehac ista nō perpenderim consultus,
Sanus haud sum, an uerius tu? quippe q̄ connubio

Cum sis malo leuatus, denuo repetas miser,
Posteaquā dijs secundis, res bene obtigerit tibi.

Sed proci olim Tyndareæ deierarunt fœdera
Improbi, nequā, & superbis imminentes nuptijs.

Ast ego ipsam spem uidelicet arbitror magis deā,
Illud effecisse, quam te, uim ue consilij tui.

Quos agens bellū aspiciare. nam reor fore, ut scias
Mente uecordi inita prauæ, uic; adacta fœdera.

Cæterum meos ego non liberos mactauero.
Ac tuo quidem arbitrari, commodoq̄; scilicet,

Coniugis uindicta fiet præter æquum, pessimæ?
Me dies, noctesq̄; mœstis lacrumis confecerint,

Impia interim patrantem, & æquitati dissona,
In meos, quos ipse seui, sustulicq̄; liberos?

Hæc breui tibi dicta sunt plena & expedita, sin
Sapere recte tu recuses, mea bene statuiam tamen.

Ch. Diuersa dictis ista superioribus
Relata sunt, at illud admonent probe,

Vim proprijs esse abstinendam a liberis.
Me. Prob habeo amicum neminem infelix. Ag. habes

IPHIGENIA

Quis sunt amici, ni uelis euertere.

Me. Vbite ar quis mihi patre communi sanum?
Ag. At sapere tecum cupio, non furere simul.

Me. Dolere amicos tamen oportet mutuum.
Ag. Tum accerse, cum iuuare uis, non ledere.

Me. Censes in his non adiuuandam Græciam?
Ag. At ista tecum quopiam insanit deo.

Me. Sceptris tunc scis, fratre deserto tuo.
Ego porro ad alias uerto me artis quaspiam,

A liosq̄; amicos.
Nun/ Dux achijui exercitus

Am/ Agamemnon, adsum filix aduektor tuæ,
Pridem Iphigeniam, quam uocasti in adibus.

Conies ipsa uenit uirginis mater, tua
Coniunx Clytemnestre tuum una filium

Ducens Orestem, quo uoluptatem tibi
Conspectus horum pariat, ut qui iandiu

Procul a tuis agas foris penatibus.
Sed q̄ uiam longam peregerint, apud

Lymphas nitentis fontis Euryti manent.
Smul à uia labore respirant graui

Ipsæ iugales, quas quidem demissimus
In pasce uirentis herbidum suum,

Vti reficiant fessa pablo corpora.
Ob hæc ego tui præmonendi gratia

Huc præcurri. Quippe Græcum exercitus
Resciuit. alis fama peruolans citis,

Iam dissipauit filix aduentum tuæ,
Totusq̄; cursu coetus ad spectaculum

Effunditur, quo filiam aspiciat tuam



EVRIPIIDIS

- Vt inter omneis nempe mortales solent
 - Et incliti esse semper, & spectabiles,
 - Quibus bonis fortuna flantibus fauet.
 - A iuntq; nunquam nuptiae? uel quid rei
Paratur? an desiderio gnatae suae
Tactus Agamemnon, aduocauit uirginem?
Aliosq; rursus haec audisses dicere.
 - Aremidinunc inicitant puellulam?
Regnum obtinenti littoralis Aulidis.
 - Verum quis illam ducet uxorem cedo?
Sed interim haec omitimus, quod insuper
Restat, coronam primus e calatho cape.
 - Vincito fertis tempora, & tu rex item
Menelae praebe te lubentem nuptiis.
 - Et in aedibus numerosa resonet tibia, &
Solumq; laeto perstrepat plausu pedum.
 - Nam faustus iste uirgini illuxit dies.
- Ag. Probe. Sed intro te recipito, caetera
Fato uiam monstrante, succedent bene.
Eheu miser quid dicam? (ut abs te exordiar)
Necessitatis heu quod incidimus iugum?)
Fortuna prohaeruerit, imponens mihi,
Suaq; nostra uicit astum astutia.
- At generis ipsa obscuritas, ut quiddam habet
 - Et commoium profecto, & exoptabile,
 - Nam liberum illis lacrymas profundere,
 - Queriq; misera. Sturpe, at illustri sanis,
 - Sunt haec negata. Sed arbitrium uita leuam]
 - Populum obtinemus, atq; multitudini
 - Seruimus. Etenim me uetat quidem pudop

IPHIGENIA

- Genas rigare lacrymis rursus pudet
Miserum carere lacrymis, in maximas
Cladeis redactum, At haec sinamus. Quid meae
Respondeam de rebus hisce coniugi?
Qua fronte contra hanc obtuebor? aut quibus
Molis recipiam? Quippe quae me perdidit,
Ad ista, quae nunc me prenuunt miserum mala,
Inuisa ueniens. attamen probabili
Causa huc profecta est, filiae comes suae,
Quo nuptias celebret & quibus nihil
Aniquius, iucundiusq; ea collocet,
Quanos quidem inre deprehendet impior.
Rursus misella uirginis (quid uirginis,
Qua mox opinor sponsa nubet inferis?)
Vt est miserum. Supplicabit haec mihi
Ad hunc reor modum. O pater me occidere
Paras? at istiusmodi connubia
Veniant tibiq; & si quis est carus tibi.
Praesens Orestes haec mihi opplorabit haud
Scita, at scienter quippe adhuc infansulus.
Ab, ut peremit me potius nuptiis
Helenes lacena troico Priamo sanis,
Horum malorum qui mihi est autor, Paris.]
- Ch. Me quoq; miserum est quatenus decet hospitam
Malis tyrannorum in gemiscere feminam,
- Me. Germane dextram da mihi ut tantam tuam,
- Ag. Do te penes uictoria. ast ego miser.
- Me. Per pelopaiuro, qui mei pater patris
Tuiq; dictus, perq; genitorem Atreum,
Quod loquar aperte mentis ex sententia,



EVRIPIDIS

Nihilq; ficans, immo qui quid sentiam.
 Mibi te uidentem oculos rigantem lacrumis,
 Fratrum pectus pertulit miserao.
 Vicissim & ipse ora tinxit lacrumis.
 Vteremq; prorsus exui sententiam,
 Haud iam quidem infensus tibi aduersarius,
 Sed facio tecum, stans tuis a partibus.
 Hortorq; te, ne filiam perimas tuam.
 Ne u praeferas meum tuo negotium.
 Neq; enim sit aequum, tristibus suspirijs
 Te materari, me suauiter agere.
 Tuos mori, super a meos cura frui.
 Quid enim mihi uolo? nunquid eminentia
 Rursum que am nanciscier connubia,
 Connubiorum si trahar cupidine?
 Fratrem ne pdens (me qd hau quaquam decet)
 Helenam praoptem, id est boni loco malum?
 Incogitans, ac iuuenis ant hac sui,
 Sed propius, atq; fixius considerans
 Rem, uideo, quale erat perimere liberos.
 Ad hac, puella me subit miserao,
 Dum reputo nimirum esse cognatam mihi.
 Quae misera nostri gratia connubij
 Erat immolanda, at quid negocij, aut rei
 Cum tyndare a uirgini est Helena tua?
 Dimissus abeat Aulide hinc exercitus.
 Tu frater oculos parce tingere lacrumis,
 S inulq; nos ad lacrumas impellere.
 Iam te tua de filia, siquid mouent
 Respon sa, me nil mouerint, tibi meas

IPHIGENIA

Transcribo parteis. Sed q; in contraria
 Mutatus ab eo, nunc acerbam deserens
 Orationem, iure facio, si patre
 Prognatum eodem caritate prosequens,
 Transgressus in diuersam eo sententiam.
 • Quando illud est non improbi munus uiri,
 • Vbiq; factu quod sit optimum, sequi.
 Ch. Generosa dixi, ac digna Tantalos, Iouis
 Genere, & parentis neutiquam in decoras tuos,
 Ag. Collaudo te Menelae, q; praeter meam
 Opinionem, sic (uti te dignum erat)
 Orationem uerteris recte tuam.
 Me. Nonnullus olim ex cupiditate, fratribus
 • Oritur tumultus, & e domorum opulencia.
 • Germanitatem at istiusmodi quidem
 • Fratrum inter ipsos, execror amarissimam.
 Ag. Nihilominus nos illigat necessitas,
 Cognatam cruenta caede ut immolem meam.
 Me. Qui? te quis adiget agnatam ut interimas tuam?
 Ag. Gratiam uniuersum coglobatae copiae.
 Me. Non. si remittas rursum ad Argos uirginem.
 Ag. Fefellero hic, illic sed haud fefellero.
 Me. Quid hoc? Timere non decet turbam nimis.
 Ag. Chalcas Achuiis proferet uaticinia.
 Me. Non. si ante pereat, idq; fiet commode.
 Ag. Genus omne uatum gloriae est auicium malum.
 Me. At nil habet, nec inutile, ut nec utile.
 Ag. Non meuis illud, quod mihi in mentem uenit?
 Me. Qui suspicer, quod cogitas, ne dixeris?
 Ag. Cuncta hac scelestum Sisyphi nouit genus.



EVRIPIDIS

- Me. Nihil est, vlysses quod tibi, aut mibinoceat.
 Ag. V aser is quidem usq; in concionibus fuit.
 Me. A mbiaō nempe hunc pestilens tenet malium.
 Ag. H unc proinde iam nunc inter argiuos puta
 A stare medios, atq; ibi eloqui palam,
 Quacūq; Chalcas dixit afflanis deo.
 E t ut Artemidime uictimam receperim
 Gnatam daturum, deinde promissum deæ
 Mendax negarim. ita concitatis copijs
 V bi meq; teq; iam perenerint, dare
 T um uirginem suadebit Argiuos neci.
 Quod si cū Argos mereceperero fuga,
 A derint, & ipsis me simul cum mœnibus
 Cyclopijs euerterint, nec non solum
 V astauerint. ad hunc modum in fortuna
 S e nostra habent. heu miser, & infelix, ut his
 N unc per deos perplexus inuoluor malis.
 V num hoc mihi Menelae serua, copias
 A diens Achiuum, nequid istius rei
 R esciscat uxor ante, quam gnatum meam
 M actatam adorcum, & inferos demisero,
 Quo lacrumis, quantum potest, paucissimis
 M iser siem, at uos hospita femina
 S ilentio negotium calabiū.
- Ch. Felices quibus obigit
 • Sors nec summa, nec infima,
 • Sed sane modica & quibus
 • Castos annuit aurea
 • Nancisci thalamos Venus,
 • Tranquillaq; perenerit

IPHIGENIA

- Consuetudine perfrui,
 - Quorum pectora munus
 - Flagrante incerta flammulis.
- Postquam iam geminis trahens
 Spicula torquet ab arcubus,
 Tineta spicula Gratij,
 Coma splendidus aurea,
 Cupido deus aliger,
 Quorum hæc dulce, & amabile
 Aeuum prospera conferunt,
 Vita hæc perniciem ferunt,
 Ac turbam, hunc equidem meis.
 Formosissima deprecor,
 A uersaq; thoris Venus,
 Sit modesta mihi precor
 Formæ gratia. sunt mihi
 A mores liciti, ac pij.
 Contingant mediocria
 Blandæ munera Cypridis.
 Porro ingentia deprecor.
- Humanis uariantia
 - Sunt discrimina mentibus.
 - Sunt discrimina moribus,
 - At qui rectus, & integer,
 - Is semper similis sui.
 - Quin probis rationibus
 - Educa teneros adhuc,
 - Momennum obtinet haud leue ad
 - Virtutem. Siquidem inserit,
 Primum illud uenerabilis



EVRIPIDIS

Pellori sapientia,
 Faxum unū fugiat nefas.
 Deim fert hanc quoq; gratiam,
 Mente ut cernere callida
 Quid falso sit opus, queat.
 Quæ res conciliat suis
 Ignarum senij decus,
 Gloriamq; peremitter
 Quæ nomen parit inclinum.
 • Res est mexicana quæpiam,
 • Virtutis studium sequi.
 Quæ præstanda domi probis
 Priuatim mulieribus
 Sancta coniugij fide.
 At palam decorans uiros
 Inter densa frequentium
 Foro millia ciuium
 Rei commoda publicæ
 Vsq; in maius adauxerit.
 Illinc Paries profectus,
 Vbialius inter Idæ
 Armenta læta pastor,
 Vbibarbaras cicutis
 Pbrigijs canens solebas
 Sonare canilenas,
 Olympicoq; ritu
 Calamos liquente cera
 Adglutinare plureis,
 Bounq; grex obesus
 Pafcens uirente passim

IPHIGENIA

Obambulat aruo,
 Tua cum chorus dearum
 Arbitria flagitabat.
 E a causa te profectum
 In Græciam uocauit.
 Hæc hospitem recepit.
 Teclis superba eburnis.
 Oculis ubi pendcis
 Contra intuens decoram
 Helenen, amoris æstro
 Vehemente perculisti,
 Perculsus interim ipse
 Pari uicissim amore.
 Hoc fonte nata lis est,
 Quæ copias Pelasgum
 Cum classe tanta ad urbem
 Impellit Iliensem.

Ch. Io. Io.

Magni magnis florent opibus.
 Regere creatam genitore, meam
 Cernite Iphigeniam reginam,
 Atq; Clytemnestren Tyndarei
 Sanguine creatam.
 Vt magnis e stirpibus ortæ,
 Vtq; ad summum sint euectæ
 Decus, ac fortuna splendorem.
 • Porro diuum numina, partim
 • Opibus possint plus humanis,
 • Partim quos fors urget iniqua,
 • Hos felicibus ornant rebus.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GEDOS.USAL.ES

EURIPIDIS

Consistamus grex Chalcidicæ
 Indigena, ac uernaculus urbis,
 Quo reginam procul a turba
 Excipiamus, comiter illi
 Porrectis manibus, placidaq;
 Mente, ac hilari uulnū, ut certo
 In plana soli pede descendat.
 Nequid pauitret generosa ducis
 Gnata Agamemnonis, huc mihi primum
 Nunc adueniens nequid turba,
 Attorritū ue panoris, temere
 Argiuorum ex urbe profectis
 Moneamus hospite & hospitā.
 Cly. Auguria nos quidem ista consulimus boni,
 Certe quod ad te perinet felicitas,
 Tuæ capinus fausta uocis omnia.
 Nonnulla porro spes habet animum meum,
 Quod auspiciatas pronuba huc ad nuptias
 Aduenerim, at uos uos quas ego horsum filie
 Comites ab Argis duco dotales meæ,
 Curribus feliciter descendite, &
 Rite, ac decenter in atrium procedite.
 Dein tu quadrigas gnata cautum iam mihi
 In quas equestreis, membra sensim, ac molliter
 Et tenera simul, & imbecilla promouens
 Vos hanc in ulnas excipite iuencule,
 Procul ac cūis discedite a uectabilis.
 Mibi fulcientem porrigat aliquis manum,
 Curruis uolucres quo relinquam commode.
 At nos equinis stans aduersa iugis,

IPHIGENIA

Terrifica nanq; est res, oculus equi ferox.
 Atq; hunc Puellum Agamemnonis prole, manus
 Corripite Orestem, nempe adhuc infanulum.
 Mi gnate dormis, uehiculari iactamine
 Soporibus, expergiscere ad scroas
 A uibus secundis, atq; laetis nuptias.
 Siquidem ipse cum sis nobili natus loco,
 Mox fortiteris optimis, ac summi uiri
 Affinitatem, principem Nereide
 Parente natum, per deis ipsis genus.
 Ex ordine huc age ad pedes prope meos
 Iuxta parentem gnata te colloca.
 Ac proxime Iphigenia consistens mihi,
 Huic hospitarum foeminarum me choro
 Ostende, quam sim te beata filia.
 Caro salutem mox face ut dicas patri.
 Iph. Ita mater, occurrens in amplexus (tua
 Quod pace dicam, ne mihi succenseas)
 Pectus paterno pectore adprimam meum.
 Cly. Agamemnon o Rex, ego cui uel maximam
 Mortalium uiri debeo reuerentiam,
 Adsum, tuis en obsecuta iussibus.
 Iph. Sed & ipsa cupio longam iam post tempora
 Admota geniter pectus amplecti tuum.
 Etenim uis sitio frui conspectibus
 Id pace, si modo mihi liceat, tua.
 Ag. Age gnata: fruiere, quando iam pridem omnibus
 E liberis, quos uxor edidit mihi,
 Te una parentis nullus est amantior.
 Iph. Te mi pater lataq; lubensq; conspicio,



EVRIPIDIS

Post longa seclī spatia non uisum mihi.

- Ag. Idem pater te gnata, quodq; ais modo,
Ex aequo utriq; competit nobis simul.
- Iph. Salue. q; autem huc iusseris me accersier,
A mo te, & abs te est optime factum pater.
- Ag. At qui hoc quod es modo elocuta filia
E quidem haud reperio, qui uel aiam, uel ne gem.
- Iph. Hei mihi quid hoc est? quod lubens cum uideris,
Placido haud tamen nos inuere lumine?
- Ag. Regnum gerentem ac bellicā agminis ducem,
Pernulta curis disinent negocia.
- Iph. At nunc mihi te des, & in me unam tuam
A nimum a molestis auoces.
- Ag. At nunc quidem in te, haud aliubi, mea filia
Sum tonus, omni dedicatus pectore.
- Iph. Ergo supercilium remitte nubilius,
Mea q; frontem expor ge graia pater.
- Ag. Iam lator ecce, lator usq; filia,
Donec uis danar frui conspēctibus.
- Iph. Quid igitur istuc, quid sibi uult obsecro,
Quod tristibus genae madescent lacrimis?
- Ag. E tenon hic praesens absentiam mihi,
Tibi q; pariet gnata quam longissimam.
- Iph. Istuc quidem quod dicis haud intelligo. haud
Intelligo o parens mihi carissimē
- Ag. At tu quidem quanto loquere cordatius.
Tanto grauius exulceras animum mihi.
- Iph. Insulsa potius, atq; stulta dixero,
Si tibi futura hoc sim uoluptati modo.
- Ag. P ap. filere non fero ipse, nec queo,

Collaudo

IPHIGENIA

- Collaudo uero te, probosq; filia.
- Iph. M ane o parens uis domi cum liberis.
- Ag. E quidem uolo, atqui quod uolo, quia non licet,
Istuc profecto pectus excruciat meum.
- Iph. Infausta pareant tela, & arma maritā,
E t inauspicata, ac dira Menelai mala.
- Ag. Alios sed huius ante perdiderint mala,
Quibus ipse dudum perditus teneor miser.
- Iph. V t abstulisti temporis nuquam pater,
In intima diu moratus Aulide.
- Ag. Quin nunc item me quiddam adhuc uetat rei,
R atibus per aequor copias traducere.
- Iph. Gentem obsecro istā, quā Phrygem uocant pater,
V bi nam locorum sedem habere praedicant?
- Ag. Illic, ubi unam prodirum Priamo Parin
Nullo obtigisset sedem habere tempore.
- Iph. P rocul relicta me auetheris hinc parens?
- Ag. Quin ipsa eodem gnata quo pater, uenis.
- Iph. Ob.
V tinam mihi, tibi q; commodum fiet,
Cursus ut & me duces comitem tui.
- Ag. I stuc qui d optas? nauigabis tu quoq;
V t iam parentis gnata memineris tui.
- Iph. Vtrum ne dulcē nauigauero cemes
M atri, an ne ego istam sola conscio uiam?
- Ag. S ola profecto, sola, scnota procul,
Dulciq; matre, pariter & caro patre.
- Iph. Alias in aedis me uidelicet pater,
D onumq; peregrinam locare destinās?
- Ag. M itte hac, nefas enim ista scire uirgines.



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDOUSALES

EVRIPIDIS

- Iph.** Propera mihi redire sospes ab Ilio
 Rebus probe illic ordinatis, mi pater.
- Ag.** Verum hoc mihi prius necessitas loco est
 Nonnullam ad aras immolare victimam.
- Iph.** Istoc proin spectare de negotio
 Quid fas, piusq; cum sacris deceat pater.
- Ag.** Spectabis ipsa. Nam futurum est, uti sacris
 Adstes & adsis tu laucris proxima.
- Iph.** Ducemus aras rum choros circum pater?
- Ag.** Feliciorem te, atq; memet aumno,
 Nihil q; horum intelligas. Sed intro age
 In teffa gressum conferas, ac uirginum
 Cominumq; tenet offeras conspectibus.
 At triste porrige osculum, ac dextram mihi,
 Longum a paternis abfuit a uulibus.
 O peccus, o gena, opares auro coma.
 Quantum heu dolorum Troia nobis atulit
 Pontus, Heleneq;. Sed loqui iam desino,
 Nam me quidem a suis corripit rapidus, genis;
 Repens obortus simul ut ora basio
 Tua contigi. Sed hinc abi in penetralia.
 At illud abs te postulo, Leda genus,
 Vt nequid haec res peccus offendat tuum,
 Si mi nimius exulcerat mentem dolor,
 Mox gnatam Achilli collocaturo meam.
 Nam splendida quidem, & expetenda nuptia,
 • Tamen Parenteis nonnihil mordet pius,
 • Vbi in familiam liberos dulcis pater
 • Tradit alienam, quos labore plurimo
 • Curisq; summis educauerit diu.

IPHIGENIA

- Cly.** E quidem haud ita sum stulta, mentisq; indige,
 Quin hisce rebus sponte me potius mea,
 Insuper & istam parinam existima,
 Ita ut nihil monitore te fuerit opus,
 Cum rite mihi sit elocanda filia.
 Sed mos & ipsum tempus ista postulat,
 Accres utraq; nos secus facere uetant.
 Auius itaq; cui destinasti filiam
 Nomen quidem ipsa teneo, ceterum genus
 Quod, & unde ducat, id cupio iam discere.
- Ag.** A sopus Aeginam creauit filiam.
- Cly.** Mortalium haec, aut cui deorum nupserat?
- Ag.** Ioui, at Aeacon ille generat Oenones patrem.
- Cly.** Sed Aeacon qui suscipit proles domum?
- Ag.** Peleus. at ille Nerei gnatam tulit.
- Cly.** Deon uolente? an raptam, & iniuis deis?
- Ag.** Despondet autor Iuppiter. locat pater.
- Cly.** Vbi ducit illam? an in marinis fluctibus?
- Ag.** Vbi celsa Chiron testis Pelei colit.
- Cly.** Centauricon ubi mansitare aiunt genus?
- Ag.** Ibi dijs peracta Pelei nubbia.
- Cly.** Sed utrum Achillem nutrijt Theis, an pater?
- Ag.** Chiron. uti ne rudibus annis improbos
 • Mores malorum disceret mortalium.
- Cly.** Hem.
 • Sapiens quidem educator, at sapientior
 • Fuit ille quisquis educandum tradidit.
- Ag.** Atq; is futurus filiae uir est tuae.
- Cly.** Haud malus. at urbem Graeciae cedo quam colit?
- Ag.** Iuxta Apidani fluuenta Phthiae in finibus.

- Cly. Illuc tuam, meamq; ducet filiam?
 Ag. Curæ marito hæc sunt futuri uirginis.
 Cly. Bene sit utriq; at quo precor ducet die?
 Ag. Simulatq; linae dexter orbis uenerit.
 Cly. Sed quas oportet ante gnatae nuptias
 Ferire. Diuæ iam immolasti uictimas?
 Ag. Mactabo nam nunc agitur hoc negocij.
 Cly. A c deinde celebraturus es connubia?
 Ag. Vbi soluero dijs, quas necesse est uictimas.
 Cly. A t nos ubi epulum fœminis parabimus?
 Ag. Hic iusta Achivæ classis æratas Ratis.
 Cly. Probe & ita necesse est, attamen communica.
 Ag. Scin ergo quid a ges uxor, ac pare mihi.
 Cly. Rei quid hoc? parere nam soleo tibi.
 Ag. Nam nos quidem illic, sponsus ubi sese tenet,
 Cly. Cur absq; matre? nices ne obibitis meas?
 Ag. Gnatae elocabimus inter Argiuos tuam.
 Cly. Nos interim manere quo iubes loco?
 Ag. Argos profecta uirginum curam gere.
 Cly. Gnatae ne linquens? ergo quis tollet facem?
 Ag. Ipse exhibebo debitam sponso facem.
 Cly. Haud moris hoc, nec ista tu cens probe.
 Ag. Te in militum uersarier turba haud decet.
 Cly. Matrem decet meos locare liberos.
 Ag. Decet & puellas nostra quas habet domus,
 Haud sinere solas.
 Cly. Hæc quidem tutissimis
 Custodiuntur adprobe conclauibus.
 Ag. Pareto. Cly. Non per numen Argivæ dea,
 Quin tu furis quæ sunt agas negocia,

- Curas ego tractauero domesticas.
 Et quid puellis competat nubentibus,
 Id est mearum pensitare paruum.
 Ag. Hei mihi laboris sumpsi ego hoc inaniter,
 Ac spe male frustratus excidi mea,
 Dum conor ablegare quopiam miser
 Vxorē ab oculis, astu at ecce callido
 Vtor, & in hos qui sunt mihi carissimæ
 Intento technas, nil inexpectam doli
 Linquens, & unde cumq; uincor attamen
 Iam uate cum Chalcante sciscitantem eo
 Oraculum placitum quidem deo, at mihi
 Inauspicatum. Calamitatem Græciæ,
 Porro uiri illud esse prudentis puto,
 Frugi ut probamq; coniugem in penatibus
 Nutricet, aut ne prorsus ullam nutriat.
 Ch. I licet sacrum Simoentis annem
 Vitreo qui gurgite uorico sus,
 Impetu ferunt phrygios per agros,
 Iam patet collecti cohortis Achiuum
 Nautibus cum ueliferis, & armis,
 Ilium infelix adiuua Troiæ
 Conditam flau Lyra, & arte Phœbi
 Oppidum. Cassandram ubi fama narrat
 Aureos crimeis agitare uatem,
 Laureæ semper uiri dantis, alma
 Diffluentem fronde comam ambiente.
 Numinis cum iam omniscio incitata
 Non sui compos agitur æstro.
 Cæterum densa Phrygiæ corona

EVRIPIDIS

- Pro se loquentur ipse. Nanq; Pharsalo
 P atria relicta, ad hoc parente Peleo,
 T enuia pigri flamina Euripi moror,
 M yrmidonas hic uel ociosos detinens,
 Qui me quidem urgent semper hisce uocibus,
 Quid hic Achilles commoratur? aut quoad
 Priameia adhuc ad Pergama traiecitio
 S ine sine lentis proro gabitur moris?
 F ace, siquid es facturus, aut retro domum,
 V nde huc profecta, copias reducito,
 H aud longa Attridarum manens cunctamina.
- Cly. O gnate Thetidis, intus audito mo
 S ermone, celeri prodij foras gradu.
- Ach. S ante o pudor, quae nam ista tandem foemina,
 Q uam conspicio forma decente praeditam?
- Cly. N on est nouum, nos ante non uisas tibi, haud
 A gnoscier, uerum modestia tua
 D elector, ac pudore reuerenti mei.
- Ach. Q uae tandem es? aut quid Achiuu in agme foemia
 V irosq; adisti armis amictos martijs?
- Cly. E go gnata Leda sum, Clytemnestre mihi
 N omen, A gamemnon dux maritus est meus.
- Ach. Dixi probe, & compendio, quod oportuit.
 M ibi at indecorum est colloqui cum foeminis.
- Cly. H eus quo fugis? qn dextera dextram applia,
 L aenem futuri initium connubij.
- Ach. Quid ais? Egon tibi dextera? Atqui A gamemmonē
 V reamur, horum siquid attingero manu,
 Q uae neuiquam mihi iusue, fas ue, tangere.
- Cly. F as maxime, quando meam tu filiam

IPHIGENIA

- D uces, marinae germen o nereidis.
- Ach. Q uas nuptias cedo praedicas? equidem mihi
 N ibil est, quod his respondeam, nisi forsitan
 T u rem q istam perperam intellexeris,
 N obis proinde fabulam ad portas nouam.
- Cly. • C unctis id insuam est, uia reuerentia
 • C apiannur, ac pudore. Siquando nouis
 • V isis amicis audiant de nuptijs.
- Ach. E go profecto mulier haud unquam tuae
 C onnubia procus expetui filiae,
 N ec ullus unquam mihi super connubijs
 A llatus est ex gente Attridum nuntius.
- Cly. Quid esse tandem possit hoc negocij?
 O rationem tu uicissim nunc meam
 M irare, dicta nempe miror ego tua.
- Ach. Coniuncto, coniectare quid sibi haec uelint
 C onnubie nobis. Quippe utriq; forsitan
 V era loquimur, nec fraude mentimur mala.
- Cly. A n non nouum mihi contumeliae genus
 F it, quae quidem (ut uidentur) nuptias
 C oncilio falsas, me profecto horum pudet.
- Ach. F ors meq; teq; quispiam lusit dolo.
 V erum ista mittas, nec fratas acerbius.
- Cly. V aletio, rectis non enim posthac queo
 T e oculis ueri, quando sum mendax tibi
 R eperta, meq; indigna nimirum tuli.
- Ach. T onidemi tibi uerbis ego respondeo.
 S ed ut maritum, quem peto, queram tuum,
 I n ista iam nunc recta conferam pedem.
- Se. H ospes Aeaci nepos maneto, nanq; appello te



EVRIPIDIS

- E** dium dea parente, teq; Le^a filiam.
- Ach.** H em quis hic qui nos aperto iam uocauit ostio?
O re quā tumuluofo, nullū at attonito uocat.
- Se.** Seruus, hinc haud infelico, fors. n. haud finit mea
- Ach.** C aeterum illud adde, cuius? neutiquā certe meus.
Separatē enim me aeres a bonis Agamēnonis.
- Se.** Seruus istarū, ante quas me stare cernis, a dium.
Nāq; i hāc domū huius oli Tyndareus dedit pater
- Ach.** E n refestimus, ergo fare, siquid eloqui uelis.
Cur gradum bene instituum iusseris me sistere.
- Se.** N um fores ad hanc soliuos duo consistis?
- Cly.** I mmo solis, quo loquare, regis ab aedibus
Prodeas foras, & ad nos ipse huc confer gradū,
- Se.** O potens fortuna rerum, meaq; prouidentia,
Obsecro seruate, saluos quos ego esse peruelim.
- Ach.** Differetur si uen uideret, hāc narratio.
Præq; se profecto quiddā magnū & arduū gerit,
- Cly.** D e fide silentij tu nequid hāsites senex,
N e ue conteris loqui, mihi siquid eloqui uelis.
- Se.** S cis profecto quisquis essem quā uulūq; , i te tamē
Beneuolū fuisse semper, ac tuos in liberos.
- Cly.** S cio uidelicet meorum iandiu penatium
E sse te ueterem ministrū, ac familie columen meae.
- Se.** S cis opinor & illud, olim ut donis in partem tuae
Me receperit Agamemnon dux Achiuu exercitus.
- Cly.** A rgos es mecum profectus, additis sponsae comes,
A c meus semper fuisi, & partibus studens meis.
- Se.** S ic habet res. Ceterum tibi sum quidē uolens bene
Hera, non herim marito non perinde sum fauens.
- Cly.** E rgo nunc aperito tandem, quae parabas dicere.

IPHIGENIA

- Se.** N empe filiam tuam, qui scuit, ac genuit pater,
I pse mactare cruenus manibus apparat suis.
- Cly.** Q ui potest, orationem abominor senex tuam.
N on enim mihi uideris sapere sanum scilicet.
- Se.** A pparat cruenus inquam descicare ferreo
E nse ceruicem puellae candidam miserimae.
- Cly.** H ei mihi misera, an marinus obsecro insanit meus?
- Se.** S anus is quidē, nisi in te cōiugem, nec non suam
F iliam, profecto parte hac ille nil sanum sapit.
- Cly.** G ratiā qua cedo? quis illum genius isti gat malus?
- Se.** N unium responsa cogent, sic enim Chalcas ait
A ugur, ut Danaū phalāges classe sulcent aequora.
- Cly.** Q uo profectura est pelagum classis? infelix ego.
I lla at infelix magis, quam dirus occidet pater.
- Se.** D ardani ad sedes, sacraeq; celsa Troiae per gama,
V ictor ut Menelaus Helenam marie recipiat suā.
- Cly.** S cilicet sic destinarant fata iniqua numinum,
V t rediret Helena nobis gnata in exitum meae.
- Se.** R enu tenes hera prorsus omnē nāq; Diane pater
M ox tuam sacras ad aras, immolabit filiam.
- Cly.** Q uid sibi uult ergo, q; praetexere nuptias?
Q uae quidem me res meis huc euocauit aedibus.
- Se.** Q uo uolens, lubēsq; gnata adduceres horsum tua?
Q uippe eā datura Achilli nuptū Achiuū picipi.
- Cly.** P rob dolor miserāda gnata, quo pires, huc domo,
A tq; in exitū es profecta, tuq; egoq; parens tua.
- Se.** M iseraq; et lacrumāda fertis utraq; cū suis due
C aeterū dira atq; acerba ductor Agamemnon uelit
- Cly.** H eu dolor miseranda perij, nec mihi iam lumina
P erferunt diuinus, uq; temperant a lacrimis,

EVRIPIDIS

- Se. Siquidem graue esse possit, aut molestum, fundere
Lachrymas, quæ sit suis orbanda liberis parens.
- Cly. T u sed ista senior, unde scire temet prædicas?
N unquid audisti, tibi renuntiantem quopiam?
- Se. M issus iueram, tabellas adferens tibi alteras
P ræter illam, quam prius receperas epistolam.
- Cly. V trum ut interdiceres, an denuo nobis idem
N untiares, immolandam uti filiam deducerem?
- Se. I mmo uti denuntiares, uirginem ne adduceres.
N am tuus fors tum maritus coeperat respicere.
- Cly. D e inde qui factum est, ut ad me quas ferēdas cepas
N on eas pertuleris idem, manibus imponēs meis?
- Se. V enit id Menelaus, has q manibus eripuit meis,
V nus horum qui malorū caussa, & autor extitit.
- Cly. N atæ Peleo parente, germen O nereidis,
M arte præpotens Achilles. hæc cine audis obsecro?
- Achi. Audion mulier, uidelicet esse te miserrimam.
C æterum læsion haud leuime contumelia puto,
- Cly. F iliam dare cruento destinant leto meam,
A d dolum tuarum abusi nuptiarum nomine.
- Achi. Q uin & ipse tuo marito indignor, ac succensco,
N ec negocium mihi hoc uulgaribus dolet modis.
- Cly. M e qdē haud mihi quā pudebit genibus aduolui ne
Q uippemortale parente prodiū in lucē dea. (is
C ur enim nūc iactitē me, ac dignitatis sum memor
• C uius er gō quæ s, matrem deceat enī magis,
• A tq; pro gnata salute? proinde age o dea sate
O pinulare, tum in dīs precor malis, tum uirgini,
Q uæ fuit tua dicitur coniunx, hoc inaniter quidem
F ator, attamen hæc ego seris reuinetā frondeis

IPHIGENIA

- A rbitrata tibi suam coniugem adduxi domo.
C æterū ad cadē, ne cemq; uirginem nūc adueho.
H uius at facti probrium in te cadet, atq; ifamia,
F erre opem qui sis grauanus licet enim nō duxeris
D ulcis es miserae tamen dictus maritus uirginis.
P erq; mentum perq; dextrā, perq; genitricē deā,
Q uando me solum profesto nomen extinxit tuum,
H oc oportet te merier, alia non superest mihi
A ra quo refugere possim, genua præterq; ad tua,
Q uippe cui non adsit ullus hic amicus, unde mi
A dferendæ opis aut salutis ulla spes arrideat.
I d genus cuiusmodi audis, facta sint a gamēnoīs,
P lenaq; crudelitatis, perditæq; audaciæ.
A dde ad hæc, q; (uti uides) ad nauticas, & efferas
M ulier adueni phalanges turbam & effrenē uisq;
A d patranda scelera prompta præditos audaciæ,
N ec nisi si quando ita ipsi collubuerit, uileis.
P roinde tu si nō graua bere dextrā mi obtēdere,
V iq; nos tua meri scilicet salua sumus,
S in secus, tum spes salutis nulla nobis reliqua fit.
- Ch. R es efficitæ peperisse, uimq; maximam
• A moris adfert omnibus communitur.
• V ti pro suis summe adlaborent liberis.
- Ach. I n gens mihi animus tollitur magis, ac magis.
C ondidit autem tum malis æ crescere,
T um prosperis gaudere modice casibus.
- Ch. H uiusmodi quidem ratio mortuibus
• R este infinita est, ut bene, ac feliciter
• R efricere uitam transignant sapientia.
- Ach. E st interim autem dulce non sapere admodum,



EURIPIDIS

Rursum interim homini sapere conducit magis.
 A t ego educatus pridem in int' gerrimī
 D omo uiri Chironis, ac iustissimi,
 S implicibus uti consueuimoribus.
 P roin Atridis, si probi fuerint duces,
 P arebinus, sin improbi, haud parebinus.
 Sed um loco hoc, nam Troia ad urbis mania,
 E go liberim usq; menis in genium mea
 P re me ferens Martem, quod ad me pertinet.
 Forti manu ac uirute condecor auero.
 A d te quidem, quæ misera fers, & atrocia,
 E t ab ijs, amici qui tibi sint inimici,
 Q uantum quidem prestare possis uiribus
 I uuenis, & auro adhuc uirens impubere
 H oc quicquid est doloris, in me transferens,
 M eo his procellis eximam periculo,
 T utoq; stauam, nec patri unquam filia
 T ua perimetur, dicta quæ fuerit mea.
 N ec enim uiro permiserim se genis tuo,
 V ti me dolis misceat & inuoluat suis.
 N am nomen et si spicula non uibret meum,
 F eruum ue, tamen id filiam occideret tuam.
 A t sceleris auctor uir quidem fuerit tuus,
 V erum nec ipse uacauero piaculo,
 S i uirgo per me perierit, nec non meas
 P er nuptias noua nec ferenda sustinens,
 V iolata miris simul & indignis modis.
 E quidem pel'asgum uir fuero deterrimus,
 N ullius inquam sim rei, pretij ue ego,
 M enelaus autem habeatur in numero uirum,

IPHIGENIA

Neq; Peleo progenitus auuner patre,
 S ed pessimo, ignauissimoq; demone,
 S i coniugi unquam nomen d' eadem tuo
 I nferua: meum. liquenti gurgite
 V olubilem tibi deiuro per Nerea
 T hetidis parentem, quæ mihi fuit parens,
 H aud filiam & ex tanget Agamemnon tuam,
 N ec uel manu summa, nec uti uel uestibus
 D igitum puella, liceat admolier.
 A ut hercle Sipylus culta sedes barbaris.
 V rbs ea futura est, unde duxerint genus
 C lari, gerendoq; in clyti bello duces.
 A t Phibia rursus, unde stirpem dixi ego,
 O bscura nullum nominis feret decus.
 E t acerba Chalcas auferet libamina
 • Augur. quis autem est augur? Is uidelicet
 • Qui uera pauca, falsa dicit plurima.
 • S i fors ita ceciderit, atqui si minus
 • I ta ceciderit, non profecto disperit.
 A ut proinde nostros uirginum millia decem
 P etant thoros, dixi, & rata est sententia,
 Q uin ipse etiam ductor Agamemnon graui
 N os afficit profecto contumelia,
 N am ius & æquum fuerat, ut nomen meum
 R ogaret a me postulans, ad uirginem
 I rreuerentem, nam Clytemnestra mihi
 N uptum dedisset filiam potissimum,
 A t q; hanc Pelasgum bellicosus copijs.
 F orsan dedissem, si quidem transmissio
 P endebat ex hac diruendum ad Ilium.



EVRIPIDIS

Neq; enim gramater publicis exercitus
 Consulere sane comodis, quicum mea
 Coniunxerim arma. Caterum me nunc duces
 Nibili aestimant, reiq; momento lenis
 Vel adiuuare, uel nocere forsitan
 Ferrum hoc, mucroq; nouerit, quem stringere
 Dudum in Phrygas mihi destinant barbaros,
 M acularo caede, & sanguine inquinauero,
 G natam modo mihi si quis eripiat tuam.
 Sed ociosa inbeosis, siquidem tibi
 Ego deus existi, obtingiq; maximus.
 Non di quidem hunc tibi praestiti, fator, deum,
 In posterum sum praestiturus attamen.
Ch. Et te locuta res digna Pelei genus,
 Et aequoris Potente, ueneranda dea.
Cly. Quibus obsecro te praedica uero modis,
 Vt ne nimis quid dixerim, nec itam minus.
 Vt nec fauorem, & gratiam amittam loquens.
 • V ir enim probi laudes ubi audiunt suas,
 • Quodam solent oisise laudantem modo,
 • Si fors quis ipsos laudet immoderatus.
 Tum me profecto dispudet de proprijs,
 Peulitribusq; calamitatibus,
 L achrumabilem sermone miserando queri,
 C um tu meis sis prorsus alienus malis.
 • H aud indecorum est attamen, si uir probus
 • Fortisq; quanquam sit alienus, adiuet
 • H os, quos acerba sers, & aspera premit.
 A ge itaq; nostri te misereat, si quidem
 M iseranda patimur. Primum ego generum mihi

R. 14

IPHIGENIA

R ata te futurum spes inaneis ceperam.
 D e in haud scio fat, en mea mors filiae
 T ibi triste fors an aliquod adferat
 I n posterum. Si quando duces coniugem,
 Q uod ominis uitare te consilius.
 V erum probe elocutus adhuc iniua,
 I dem probe perfereris negocium.
 M ea nanq; gnata, si uoles, scriuabitur.
 N um gen a nis hanc supplicem amplecti tua?
 S unt haec quidem parum decor a uirgini.
 S i u tamen ita censeas, uidelicet
 M ox huc pudoris liberalem uenerit
 S uffusa uultum uirginali purpura.
 A n potius illa absente, id abs te quod peto
 A chilles exoraro, & impetrauero?
Ach. M aneat domi, pudicam enim decet pudor.
Cly. Verum tamen pudere oportet eatenus,
 • Q uia res ferat, praesensq; postulet stans.
Ach. Neq; ni sub oculos filiam produxeris
 M eos tuam mulier, neq; per inscitiam
 F amae probrum accersimus, ac uita notam.
 • S iquidem coacti uerba densa exercius
 • D onesticarum, ac propriarum negligens
 • R erum, malignis gaudet obtrectatibus,
 • A mans maledicas dissipare fabulas.
 A t nullo ego hercule posuerim i discrimine, ac
 T antidem apud me prorsus hic effeceris,
 S eu supplices, humilesq; ueneritis mihi,
 S eu neuiquam mihi supplicaris. nam meo
 F ixum stat animo uiribus contendere,

EVRIPIDIS

Nisq; summo, nos ut eximam malis.
 A deo sit unum hoc me tibi satis, semel
 Dixisse, neq; enim uanus aut mendax ego
 Mibi crede fuerim. Siquid autem mētiar,
 Dederōq; uerba, seu dolis elusero,
 Emoriar. immo haud moriar, hanc si uirginem
 Seruaro. Cly. Dij faueant precor ferenti opem
 Vsq; ijs, acerbis qui laborant casibus.

Ach. A uditō nunc, uti res mibi hęc habeat bene.

Cly. Cur hoc aisti? te quidem audiam uolens.

Ach. Rursum patri persuadeamus uirginis,
 Consilia quo iam saniora sumpserit.

Cly. I grauis est, ac timidus ille quispiam,
 Nimiāq; pauitatis copias formidine.

Ach. Ratione at expugnata ratio uincitur.

Cly. Spes ista sane frigida, ac leuis, tamen
 Eloquere, tandem facere me quid oporteat.

Ach. Primum quidem illi supplicabis, liberos
 Ne perimat idq; si recuset, tum tibi
 Fuerit necesse nos adire denuo.

Nam si, quod optas, sponte id annuit sua,
 Tum me quidem illum comenire nihil opus,
 Quando ipsa per se res salutem conferet.

Ad hoc uidebor erga amicum rectius
 Egisse, neq; me copię culpauerint,
 Ratione si rem potius, ac prudentia,
 Quam ui, manuq; uiribusq; gesserō.

Tum porro amicis, rebus ex sententia
 Ipsis uolentibus ut puta, ac lubentibus,
 Probe peractis, uel operam cura meam,

IPHIGENIA

Tibiq; fors hęc transigentur commode.

Cly. Vtes probe locutus itaq; sic, uti
 Censes, agendum est. Cæterum ista si parum
 Successerint mihi uentis ex sententia,
 Vbi nam licebit postea te uisere?

Quonam loci uenire me miseram iubes?
 Vbi liceat istam repperisse dexteram,
 Que sola nostris prestat auxilium malis?

Ach. Ipsi has tibi excubias agemus, teq; ubi
 Res cunq; postulabit, obseruabimus,
 Ne turbulenta per pelagusum copias
 Te cursitantem conspicitur quispiam
 Puido ore, & attonitam, neq; hoc tu dedecus,
 Labentq; eam domui paternæ asperferis.
 Indignus etenim Tyndareus pater tuus
 Est qui male audiat, ut pote Græcica
 In gente magnus, atq; cum primis potens.

Cly. Ita res habet. tu dux eris negotij,
 Me tibi uicissim gerere morem conuenit.
 Quod si dei sunt, quando tu uir es pius,
 Digna assequeris. Cæterum si numina
 Sunt nulla diuam, quid necesse est niuier?

Cho. Festus ut ille hymeneus erat,
 Loto ubi uam Lybica pariter,
 Cumq; suauiloquente Cheli
 Non sine multiformis calamis,
 Grata choris streperet cithara.
 Turba ubi candida pegasidum
 Mollibus irreligata comis
 Vtricæ Peliaeo

EVRIPIDIS

Coniugale bonis epulum
 Diis celebrantibus, ad numerum
 Membra moueret, & aureolis
 Pelleret arua iugi soleis.
 Dum liquidis, & amabilibus
 Dulciana modulis,
 Pelei ad inclyta connubia
 Iret, & undiuagam Theidem
 Voce cæret, & Aeaciden
 Periuga florida, rumor ubi est
 Nubigenas habitare uiros,
 Aeaciden per opaca canens
 Pelici nemoris,
 At Phrygius puer interea
 Delina Iouis atherij,
 Pocula miscet, & aureolis
 Nectareos latices
 Temperat, ac tribuit Cyathis,
 Deinde per æquora candiduli,
 Leneq; per spatium sabuli
 Aequoreo sata turba sene,
 Nexa seroribus e decies
 Quinq; agitât; rotatq; choros,
 Orbibus innumeris,
 Molliculo pede replicatis,
 Connubium lenibus
 Concelebrans choreis.
 Venit & undiq; nubigenum
 Numine perçata turba uirum,
 Tela ferens abigena manu.

IPHIGENIA

Frondea uerice ferta gerens,
 Cum superis sinul ut Bromij
 Munera sumeret, atq; epulas.
 Ibi Theffala turba puellæ
 Sublata in sydera uoce,
 Nereia filia clamans,
 Lux inclyta cæligenarum,
 Certissimus Augur Apollo, &
 Cui mystica sacra sororum,
 Bene cognita Castaliarum,
 Chiron pius, armipotens
 Nomen referuauit Achillis,
 Fore uaticinatus, ut ille
 Cum myrmidonum clypeatis
 Priameia regna cæteruis,
 Deuotaq; per gema adortus,
 Flammis populanibus urat,
 Vulcani a fulminis instar,
 Quatiens trepidabilis arma,
 Theidis pia dona parentis
 Siquidem hoc decus illa pelasgis
 Feliciter edidit aluo.
 Nereidos ergo sororum
 Prima, ac ditioe potentis
 Spatiosa, bilares agitabant
 Connubia splendida diui,
 Peleiciq; mariti hymenæum
 Id temporis ore ciebant.
 Porro tibi tempora flauis,
 Crispisq; decora capillis



EVRIPIDIS

M auortia turba Pelasgam
 C inget uiridante corona.
 D eim de haud secus atq; iuuentam
 T eneramq; rudemq; profectam
 M odorupibus e speciosis
 S pectantis in aequora montis,
 D iro iugulauerit ense,
 A c lactea colla cruore, bu
 mano (miserabile) tinget,
 F eriens, nec arundine agresti,
 M usco ne uirentibus antris
 P astorum aliam, sed amica
 C uraq; domoq; parentis
 E xcultam, uti nupta Pelasgas
 P eteres feliciter a deis
 • V bi nunc probitas ue, pudor ue
 • F aciesq; ipsius honesti
 • V aleat, simul atq; nefastum
 • S celus, impietasq; tyrannida
 • A tram obtinet undiq; porro
 • N eglecta iacet, premiturq;
 • P ost terga reiecta scelestis
 • M ortalibus incluta uirnis,
 • C umq; undiq; legibus aequis
 • M ores dominantur iniqui
 H omium generi ergo periculum
 C ommuniter imminet omni
 N equa ingruat ira deorum.
 Cly. E quidem e meis huc prodij penatibus
 F oras, marium sibi aspiciam neuum

IPHIGENIA

Qui iandiuq; & lentus hinc abest, domo
 P enitus relicta. Gnata at interim mea
 I n lachrumis uersatur infelix, leucis
 F undens in auras omne lamenti genus,
 S imulac necem rescivit illa, quam pater
 S tavit, paratq;. Sed ecce cerno comminus
 S ese citatis admoventem gressibus
 D e quo modo loquebar, huc A ganmmonem
 R ubore cui mox ora tinxerit pudor,
 Q uando ipsas adeo ferus, & immanis pater
 I n proprios nefaria patrat liberos.

- Ag. L edea proles, commodum e gressam foras
 O ffendo te, quo uirgine absente procul
 T ibi dicta quedam proferam, quae neutiquam
 F erit decorum audire nupturas uiro.
 Cly. Q uid est negocij, in quo tibi ista temporis
 O blata commodauit opportunitas?
 Ag. A ccerse gnatam, quo patri ueniat comes.
 A dsunt enim parata rite piamina.
 A dsunt profundendis item lustralibus
 P ura manu ignibus, ac iuuenta, quas deae
 D ianae oportet cedere ante nuptias,
 A tri cruoris feruida exundamina.
 Cly. V erbótenus quidem locutus es probe,
 T ua facta porro nominare si uelim,
 E quidē haud reperiā, quo modo eloquar probe.
 V erum age foras, procede gnata. Nam pater
 Q uicquid para: nosti ordine, ac fratrem sinis
 G estans Orestem pariter adporta uum.
 E n illa adest hucusq; morigerans tibi.

EVRIPIDIS

A ipsa que resant, & huius nomine
S inucl & meopte mox tibi respondero.

Ag. Quid gnata lacrimas? fronte cur bilari parum
Terram innueris ora desigens solo?
V ulnamq; mortuum pallio obtento tegis?

Iph. Hen

Quod nam mearum calamitatum exordium
P ossim capere? Cunctis enim mortalibus
D atum est, uti tum prima, tum nouissima,
T um media, quouis differant negotio.

Ag. R ei quid hoc est? quid ue sibi uult, q; mihi
O mnes eodem sitis affecte modo,
E t mente consternata, & ore turbido?

Cly. Que sciscitabor, aperte, & ingenue mihi
C oniuix roganti queso uti respondeas.

Ag. Nihil necessum est, hoc ut a me postules
Q uin ipse ultro cupio iam rogari.

Cly. G natam necare paras, tuamq; & item meam?
Ag. Hen.

M isera elocuta es, queq; neququam decet
T e suspicari, suspicaris improba.

Cly. Verum illud intirim mihi respondeas.
Ag. At tu profecto siquidem rogaueris

• Que te decet rogare, que decet audire.

Cly. E quidem haud alia percontor. atqui tu mihi
I uidem cauensis aliane respondeas.

Ag. O fors potens ofata prob genius meus.

Cly. E t meus, & huius insuper, quando trium
I dem est & unus genius infelicium.

Ag. Qua tandem es in re laesa? Cly. at istuc scilicet

IPHIGENIA

T u me rogas? uerum astus hic astu uacat,
A tq; ista calliditas profecto incallida est.

Ag. P erij. palam sunt facta, que calaueram.

Cly. S cio cuncta. didici cuncta, sane et audij,
Que tu scelesti in me patrare desinas.

Q uanquam sat ipso confiteri silentio,
S uspirijsq; plura ne m dicere

• Conere frustra, Agn. En obniceco quando me

• Mendacij conuictum, et impudentiam

I psi necessum est calamitatu adiungere.

Cly. A udito nunc iam, quippe aperte proloquar,
N eq; flexuosa eni gnam diuini

V t tunc ambage, neq; dictis nubilis.

P rimum (ubi istuc primo ut obijciam loco)

M e non uolentem, uicq; raptam coniugem

D uxti, necato Tantalos, cui nupseram

P riuus, ac puello foris ex usu tue

I uidem perempto, quem quidem per uim meo

I mmitis ad necem reuulseras sinu.

A t Ioue creatus utraq; germanus meus

E quis et armis incliyi seuum tibi

B ellum mouebant. Caterum senior parens

T yndareus hoc te exemit e discrimine.

I am supplicem, ac uersum ad preces. ita deniq;

M eis per hunc potius es conubijs.

D eim ubi reconciliata sum tibi et addita,

I n te simul, cura simul domestica,

V t feminam inculpatam ego usq; gesserim,

I suc et ipse conscius testabere.

P ariterq; casta, donumq; commodis tuam



EURIPIDIS

A ugens, ita ut siue introires, gaudio
 F ruerere teum, siue prodires foras,
 Soris beatæ dicent omnes uirum.
 • A t qui hic profecto captus est rarissimus,
 • V t id genus quis seruiatur coniugem.
 • C ontra improbamq; & frugis uxorem malæ
 • Nihil est negocij, ubilibet nasciscier.
 P orro puellis edidit nixu tribus,
 H unc in super peperit tibi puellulum,
 Q uo tu quidem me pignora e numero, necans
 V nam pater, miserabili orbabis modo.
 A t quispiam si te roget, qua gratia
 I stam necabis? cedo quid huic respondeas?
 A n me tuo loqui necessum est nomine?
 H elenen ut Menelaus asserat suam.
 A t nos bonestum est, ac decorum scilicet
 N ec liberorum scemina pretium malæ
 D ependere? vis, quæ possidemus optima,
 L ongeq; nobis omnium carissima,
 R edimemus, hæc inuisa quæ sunt maxime?
 A ge si quidem hinc profectus in bellum iueris,
 I biq; fueris absiturus longius
 D omi relicta me, quid animi tum mihi
 F ore autumas, sedem omnem tibi conspexero
 V acantem, & hanc desiderantem filiam?
 T um uacua cuncta uirginum conclauia?
 E goq; sola sederò perennibus
 C onfecta lacrimis, hancq; lugens uirginem,
 A d huncce fors sine fine lamentans modum?
 H eu gnata qui te scuit, exiit pater,

IPHIGENIA

I psus necans, haud aliud, haud alia manu,
 E iusmodi linquens familie premium,
 A tq; in suos exempla talia stans.
 N am deinde causa quælibet suffecerit,
 O ccasione tantum opus fuerit leui,
 V t & ipsa, quicq; mihi supersunt liberi
 T er rursus accipiamus istunc ad modum,
 Q uo te accipi par est, & æquam scilicet.
 S ed per deos caueto, neu me adegeris,
 V italis in te fuero, qualem neququam
 D ecet esse, ne ue rursus id commiseris,
 V t ipse talem temet exhibeas mihi,
 Q ualem probum esse neququam decet uirum.
 V erum esto sane, sacrificabis filiam.
 S ed interim illic uota quæ facturus es?
 Q uid tibi petes? nunquid boni? cum filiam
 M atres pater? Redinam ne? mirum malum,
 M iserumq; quippe domo profectus urpiter.
 S ed me tibi boni precari quippiam
 P ar fuerit, ac uotis lacescere numina.
 A t non & ipsos iudicabimus deos
 S ultos item esse, ut annuant eiusmodi,
 V t parricidis nos uoluerimus bene, &
 Q ui propria facinus patrarint dextra.
 A n uero, ad Argos iam reuersus, liberos
 T uos placabis? supplex haud quaquam tibi
 I stuc licebit, Quis uel aspectu obsecro
 P ost e tuis dignabitur te liberis,
 C um tu sciens ne caris horum quempiam?
 N um deniq; hæc sunt pensitata, ac inuis



EVRIPIDIS

Rationibus tractata? An hoc tantum sat est
 Sceptra serendis præminere, ac bellicum
 Ducem vocari? cum tuum fuerit magis
 In Danaidum frequente multitudine
 Hæc, æqua quæ sunt, atq; iusta, dicere.
 Vultis Pelasgi navigare ad Ilium?
 Igitur vicissim sorte ducta, quarite,
 Cuius necari gnatum oporteat, hoc enim
 Ex æquo ad omnem pertinebat. Ceterum
 Haud par erat, te solum, & unum ex oibus
 Tuam Pelasgis immolandam filiam
 Præbere, siue fratris illud erat magis
 Menelai, ut Hermionen neci daret, siue
 Causa parentis. Quippe ad illum proprie
 Res attingebat. Nunc ego autem quæ tuis
 Sanctæ fidem seruauerim connubijs,
 Gnata innocens orbabor. At contra soror
 Quæ casta pacti iura deseruit thori,
 Felix aget, reducemq; Sparta ad mania
 Ducet puellam. Siquid horum perperam
 Dixi, reselle, sin probe, ac recte mihi hæc
 Sinit dicta, ne tuam profecto filiam,
 Meamq; pariter impius dederis neci.
 Ita rectius consultusq; feceris.

- Ch.** Pareto nam profecto liberos decet
 Agamemnon incolu meis merique nolibet.
 Nec ullus hæc mortalium resellerit.
Iph. Orphea genitor si mihi faciundia
 Foret, ut liceret saxa cantu flectere,
 Comitesq; post me uoce petras ducere,

IPHIGENIA

Possemq; delinire dictis pectora,
 Meamq; trahere, quos uelim, in sententiam,
 Nimirum ego istis experiret uiter.
 Nunc, quæ mihi una ars, ac facultas suppetit,
 Præstabo lacrimas, quando soli id possumus
 Tuisq; genibus corpus aduoluo meum
 Supplex, quod hæc tibi uentre progenit suo.
 Ne me puellam, cuiq; materam parum
 • Exin xeris nam dulce cunctis celicam
 • Aspicere lucem. Ceterum quæ tartaro
 Tellus tegit, ne me uidere adegeris.
 Ego prima te patrem uocaui, neq; item
 Primam inter omnes me uocasti filiam.
 Ego prima quondam genibus insidens tuis.
 Atq; ea meo blande preniens corpusculo,
 Gratas uoluptates frequenter inuicem, et
 Dedi, et recepi, ac paria mentis gaudia.
 Tuamq; hæc, ut recordor erat oratio.
 An est futurum gnata, ut olim te uiri
 In ædibus nuptam beati, ac diuinitis,
 Et sospitem uideamus, et sic uti tuo
 Dignum est parente commodis, ac liberis
 In melius usq; pululantem? Ad hæc ego
 Hanc num uicissim orationem retuli,
 Hærens tuo, pendensq; de mento, quod hæc
 Mea prehensum rursus attingo manu.
 Quid? Anne ego te uidero senem pater?
 An ego uicissim læta te excipiam, meos
 Intra penetris, ac tibi inimicem parens,
 Laboriosa nutriendi mueræ



EVRIPIDIS

- Aliquando referam, nutuum te nutriens?
 Sermonum ego horum sum memor, neq; tibi in
 Obluionem abiere, meq; occidere
 Pares at hoc ne feceris per Pelopa, per
 Cineres parentis obsecratus Atrei,
 Matrem per hanc, quae me labore plurimo
 Parturijt olim, ac denuo nunc parurit,
 Partibusq; rursus tendinar doloribus.
 Rei quid est cum Paridis, atq; Helene mihi
 Connubijs? aut unde in exitum is meum
 Venit Parens? Oculos age horsum in me uos
 Despecte, & innuim, simulq; basium
 Largire, ut istuc pignus ac monimen tui
 Mihi ferre saltem fas fiet, Si fors meis
 Flechi recuses obstinatus uocibus.
 Germane tu quidem pusillus, & impotens
 Tuis amicis es patronus, attamen
 Apud parentem supplicem lacrimis age,
 Tuane soror deus nec à Nonnullus est
 Sensus malorum infantulis quoq; indius.
 En supplicat tibi hic silentio pater.
 Age flectere, ac miseresce respectu mei,
 Moneatq; tete orbanda luce filia.
 En flagitant per mentum id abs te supplices,
 Duo tibi cari, atq; amore proximi,
 Puer alter, at subolefcit annis altera.
 Orationem in pauca conferam meam, ac
 Summam rei uerbo profabor unico.
 Spectus huius lucis est mortalibus
 Dulcissimus, uerum profunda manium

IPHIGENIA

- Haud ullus est, qui concupiscat cernere,
 • Neq; mente sana est, quisquis exoptat mori.
 • Male uiuere autem stans, ac mori bene.
 Ch. Infausta, per te, perq; nuptias tuas
 Helene, heu dolor, miserranda prorsus incidit!
 Clades atridis, atq; Atridum liberis.
 Ag. E quidem scius sum, quatenus miserescere
 Conuenit, & idem quatenus non conuenit,
 Noni, meosq; caritate liberos
 Prosequor, amosq; alias profecto insaniam.
 Verum patrare haec uxor arduum mihi,
 Et non patrare durum, & arduum est item.
 Sed ad hoc agendum me trahit necessitas.
 Quantus uidens adsit hic exercitus,
 Quae nauicorum armata turba militum,
 Quot bellicosi Graeciae magni duces,
 Quibus ne gata ad Pergama traieccio,
 Nite immolauero (augur uti Chalcas ait)
 Noni nec aliter Ilij uidelicet
 Populata dabitur Marte tecta exscindere.
 Porro tenet diuinus ardor quispiam
 Omneis Achium copias, ut quam potest
 Ocyssime, soluatur dentes littore, &
 Ad barbarorum classe nauigent solum,
 V etentq; ne posthac quis ausit coniuges
 Rapui proci abducere graecanicas.
 Argis at himeas necabunt filias,
 Tum uos item & me, si quidem fraudauero
 O racle Diuae postulantis uirginem.
 Neq; gnata frater subigit inuim mens



EVRIPIDIS

Ad hæc, nec huius me trahit sententia,
Sed ipsa potius adigit horsum Græcia,
Per quam necesse est, seu uelim, seu non uelim,
Te te immolare. Parte at istac uincimur
Necessitate nec licet resistere.

Immo illa quantum in teq; neq; filia
Statuenda libera neq; ferendum illud uiris
Græcis, uñ per uim rapaces improbam
Legitima temerent barbari connubia.

Cly. Hei mihi gnata, proh dolor hospite
Hec me miseram, cui
Cædes exanimat, pater
Orcoradens te fugit impius.

Iphi. Hei mihi mater, mater, siquidem
Hæc lugubris cantio nobis
Sic fortune uisum, utrisq;
Conpenit, haud phœbeæ posthac
Munere lucis, neq; uitæ hanc
Vescimur aura?

Proh proh tictæ nitibus rupes,
Atq; idæi Phrygiæ montes,
In quos olim Priænus tenerum
Pater infantem exposuit, matre
Procul amotum, uñ morte periret,
Paridem quem quondam urbis Phrygiæ
Idæum plebes idæum
Dixit, dixit,
Vtinam nunquam hoc euenisset,
Inter Paridem montana bosum
E nutrium armenta bubulcaum,

Pellucentes

IPHIGENIA

Pellucentes colere ad lymphes,
Vbinymphis gratissima sedes,
Liquidifontes, præta ubi uernant
Passim, et picti floribus agri,
Murice tinctæ ubi lucente rosæ,
Purpureiq; micant hyacinthi,
Carpenti ungue trium diuarum.

Quoq; accessit pridem Pallas.
Gaudensq; iocosa fraude Venus,
Neq; non Iuno, neq; non uolucer
Iouis interpret Maia proles.
Alite Cypris amore superba,
Hæstapallas, Iuno marito
Ioue, qui sceptris diuum ponitur,
Inuisum ad certamen formæ,
Atq; arbitrium triste profectæ,
Quod mihi acerbam peperit mortem,
Quanquam ea rursum Danais pariet
Aeternam famamq; decusq;
Dilecta o mihi urbæ puella.

Cb. Delegit aris præferiri uictimam
Diana te, bello auspiciando ad Ilium.

Iph. Hei mater mea, proh genitrix
Qui me progenuit Pater,
Idem me male destitutam
Perdit, proh ego tristibus
Fatis nata, uidens acerbam,
Infamamq; Helenen, necor,
Diri conficior Parentis
Diræ cæde. uinam mihi
Portum classis in aulidensem



EVRIPIDIS

- N unquam puppibus aerea, il-
lidens rostra solo appulisset.
V entis o unnam fecun dis
R ecta cursus ad Ilium
V exisset celeres carinas.
T ransuersis neq; statibus
I n terramq; ferentibus
E uripi exagitasset undas
I uppiter, auras alijs alias
P lacans, quo sua carbasa læti
P lacatis uideant dissenta nois,
H is immittere tristia suctus,
H os ui cobibens, alijs donans
S oluere cursumq; tenere suum,
A lios cogens proferre moras.
A n non satis profecto
C alamitosum erat genus,
C alamitosum erat parum
P er se genus mortaliū?
A t quorsum erat necesse,
S ibi pestilens ut ipsi
A ccerferent faum uiri?
- Ch.** E heu Pelasgis mala uiris ingentia,
L uctus item ingentis parit sata Tyndaro.
C erte miserum est me tui, cui talia
M ala obtulerunt, prorsus indigna cui
T antum malorum fors iniqua impingeret.
- Iph.** M ater heu uirum cateruā adesse uideo cōminus.
Cly. N empe & ipsam cōspicis parēte progenitū dea
G nata, cuius huc ab Argis es profecta nomine.
- Iph.** M ibi fores aperite famula, corpus ut caleni meū.

IPHIGENIA

- Cly.** Caterum quo gnata refugis?
Iph. N empe me prohibet pudor
O bmeri quisq; hic, quē Graij Achillem nomināt.
Cly. A t quid? hunc reuerere tandem.
Iph. Q uod parum uidelicet
I sta nobis auspicato cesserint connubia.
Cly. N oli in his, quæ nunc geruntur gnata te negocijs
A gere delicatam, at hic maneto nobis. res. n. hæc
N on pudorem postulat, nec exigit reuerentiam,
S i modo obtinere quouis (quæ agitur) liceat modo.
- Ch.** M ulier heu male fausta Leda gnata.
Cly. V era prædicas.
Ch. I nter Argiuos tumultus grauis, & igēs p̄strepit.
Cly. Q uis tumultus, indica mihi?
Ch. F ilia super tua.
Cly. O men haud lætum elocuta.
Ch. Q uod hanc necari oporteat.
Cly. N emo contradicit istis?
Ach. I pse ego uidelicet
I n periculum ueneram.
Cly. Q uod hospes in periculum?
Ach. N empe ne lapidarer.
Cly. A n ob id, q̄ meæ tu filie
T enderes seruare uitam?
Ach. A t istud ipsum scilicet.
Cly. S ed quis audeat tuū corpus manu contingere?
Ach. V niuersa uerba Graium.
Cly. C æterum nunquid tibi
F idamymidonū manus suo aderat auxilio duci?
Ach. I nmo primi hi præbuere semet aduersarios,
A t q; primi resistere.

EVRIPIDIS

- Cly. *O cœdimus eheu filia.*
 Ach. *M eiq; dicebant amore uincier Connubij,
 Proin parum consilere graium copiar̃ comodis,
 Quippe priuatis adactū, ac seruientē affectibus.*
 Cly. *V erum ad hæc quid retulisti?*
 Ach. *N empe quæ conuinx mibi
 Fuerit antehac futura, non decere occidier.*
 Cly. *I dq; recte es elocutus.*
 Ach. *Quamq; iam fama mibi
 Genitor ipse dedicasset.*
 Cly. *Quin & Argis in super
 E uocatam litteris huc aduenire iussit.*
 Ach. *C æterum clamore uictus abeo multitudinis.*
 Cly. *N am malum istuc impotens.*
 Ach. *T ibi opinulabimur tamen.*
 Cly. *C umq; multis dimicabis unus?*
 Ach. *H os ne conspicias
 A dferenteis arma?*
 Cly. *D ij precor tibi adsint prosperi.*
 Ach. *I i quidem sunt adfuturi.*
 Cly. *P roinde gnata iam haud cadet?*
 Ach. *N on profecto, me uolente.*
 Cly. *S ed adfuturus quispiam
 Qui manum iniiciat puellæ?*
 Ach. *I am aderit innumerabilis
 Militum caterua porro dux Ulysses agminis.*
 Cly. *S isyphi num nam propago?*
 Ach. *A t ipsus ille scilicet.*
 Cly. *N ū suapte autoritate istæ agit? an ad munus hoc
 Militum iussu uocatus?*
 Ach. *I pse sumpsit sibi uolens.*

IPHIGENIA

- Cly. *M unus assumpsit scelestum, cæde cupiens pollui.*
 Ach. *V erum ego hunc prohibebo.*
 Cly. *N um nam ducet inuitam manu,
 V iq; raptam?*
 Ach. *S cilicet flauentibus tractam comis.*
 Cly. *M ibi quid inter hæc agendum?*
 Ach. *T u renitens filiam
 V iribus retinebis.*
 Cly. *H anc quidem quod ad rem pertinet,
 G nata non mactabimur.*
 Ach. *R es huc uidelicet loci
 Veniet.*
 Iph. *A t dictis meis iam mater aurem commoda
 Quippe iam dudum absq; causa nec uerētē te tuū
 V ideo succensam i maritū, at illa q̃ fieri haud q̃ant
 Ne uñq; procliue nobis sustinere, ac uincere.
 I gñur huic prompto, ac parato nos uinere, gratia
 E st habenda. & approbanda pectoris propensio.
 C æterum tuum illud est uidere, nequid copias
 T u quoq; irrites, & hac ratione nihilo plus tñ
 E xplicemus Hic sibi in gens iterim accessat malū.
 Quin magis, quod cogitanti uenit in mētē modo,
 M ater accipe. Nam mori mibi certa stat sententia.
 V erum id ipsam foriterq; cumq; laude peruelim
 F acere porro animo relegans maleuolentiam meo.
 N unc age hoc mecum parēs cōmuniter considera.
 N ostrā quam sit recta ratio, quā tibi iam proferā,
 Græciæ primū illa tellus, quæ quidē ē amplissima
 R espicit me tota, & ex mille cursus nauium
 P endet, ex me gentis una ex scidia pendet Ilia,
 E st suam in me, siquid olim fors nocere barbari*

EVRIPIDIS

A'pparabunt uim ferentes sceminis nostratibus,
 Nefinanner nobiles, ditesq; rapiti abducere
 Coniuges e Graecia simulatq; poenas penderit
 Troia Graijs debitas Helenes abactæ nomine,
 Quam quidē prianeius ille rapuit abductā Paris.
 Hæc profecto cuncta redimā morte (si cadā) mea,
 Tū decusq; et celebre nomē hinc mihi parabitur,
 Quippe quæ meopte capite liberarim Græciam.
 Nec uidelicet meæ me conuenit dispendio
 Admodum uitæ moueri. quando me communiter
 Omnibus peperisti Achiuus, non tibi uni proprie.
 Deinde tot uirorum in armis constituta millia,
 Totq; millia classe tanta horsum profecta, nomine
 Patriæ lasæ haud ferenda, præter æquū, iniuria,
 Proptæ sunt patrare sese dignū in hosteis oppiā,
 Deniq; & pro uindicanda mortē obire Græcia.
 Vnius mea uita porro obsistet istis omnibus,
 Quo minus fiant. i hacre quæso utrū sit æquius?
 Nunquid est aduersus ista quod queamus dicere?
 Verum age hinc ad illa iā ueniamus. hūc neutiq;
 Conuerit, cunctis Achiuus unius mulierculæ
 Gratia, contendere armis, luceq; priuarier.
 Præstat unicus uir. estq; lucis huius munere
 Dignior, quam multa sane sceminarum millia.
 Deniq; hoc Artemidi si fors uisū ita, ut meū caput
 Postulet sibi uindicare, quæso te num nam deæ
 Ipsa mortalis manum sefellero, aut suffugero?
 Id quidem sperare stuluum Dedo corpus hoc meū,
 Græciæ. proin immolate. Marte Troiā excindite.
 Hæc enim monumenta uiuent tēpus in lōgū mei,
 Hiq; gnati, nuptiæq; mei; nominis decus.

IPHIGENIA

Deniq; æquū est nos Achiuos, imperare barbaris
 Mater, haud contra Pelasgis imperare barbaros.
 Quippe nata est seruiuiti barbarorum natio,
 Cæterum Graiūm genus natura stauit liberum.
 Ch. At te quidem quod attinet Iuuenula,
 Istoc beata es tam uirili pectore, at
 Ex parte sortis, ac deæ felix parum.
 Ach. Agamemnonis generosa proles, cœlitum
 A liquis profecto me beatam fecerit,
 Si te mihi liceat potiri coniuge.
 Ac te simul felicem opinor Græciam,
 Et te tua felicem opinor Græcia.
 Tua nam proba est, & gente digna oratio.
 Ut quæ recusans cum deis luctarier,
 Id quod tuis scis esse maius uiribus,
 Perpenderis, factō quid usus, & simul
 Præfens quid ista postulet necessitas.
 At me tui magis, ac magis connubij
 Rapit cupido, mentis indolem tua.
 Dum specto, nam generosa es, atq; strenua.
 At tute tecum quid uelis considera.
 Siquidem ipse de te bene mereri peruelim,
 Domumq; ducere coniugem, ac pectus meum
 Male angat, ipsa testis est mihi Theis,
 Nisi te neci subduxero, ac seruauero,
 Danais resistens ui, manumq; conscrens.
 Hæc confer ingens mors, & atrox est malum.
 Iph. Loquor hæc profecto mentis ex sententiā,
 Nec ullius permota respectu uiri.
 Bella ciet autur, atq; cædes Tyndaris
 Viris cruentas, corporis specie sui.



EVRIPIDĪS

- Verum hospes, obsecro neu mea tu gratia
Cæsus cadas, ne ue trucides quempiam,
Quin me finas seruare Græciam precor,
M odo id finam in me, & quolibet liceat modo.*
- Ach.** *O mira rari pectoris præsentia.
Nequeam profecto aduersus ista dicere
Diutius, quando hæc tuo sententiã
A nimo sedet, siquidem mihi uidentur &
Generosa, & eccellente digna stemmate.
Quid enim uerebor, uera quæ sicut proloqui?
At fors futurum est mentem ut istam pœnitens
Mutes, proinde uã scias, quæ dixerim
Præstare promptum me, arma ad aras cõminus
Parata statuiam, quo fiet si forte opus
Non te sinam, immo ui uetem necarier.
Nostrisq; fors uttre tum sermonibus,
Simulac tuis conspexeris ceruicibus
Ferrum imminere proinde nequaquam sinam
Tua perire uirgo te socordia.
Quin hisce potius templa, & aras numinis
Armis adibo, tuamq; ibi præsentiam
Opperiar aduentum puella manens tuum.*
- Iph.** *Quid obñices o mater? ac silentio
Manantibus genæ rigantur lachrumis?*
- Cly.** *Hei misera, causa sat mihi est idonea.
Cur debeam dolere, & excruciarier.*
- Iph.** *A nimum adde nobis potius, & frangi ueta,
Ne pectoris minus mi constantiam,
Atq; his mihi in rebus parens morem gere.*
- Cly.** *Dic quando nullo filia in negotio
Nos te precantem iusta, defraudabimus.*

IPHIGENIA

- Iph.** *Ne tu capillis igitur euulsis comam
Laniaris, aut pullos amictus sumpseris.*
- Cly.** *I stuc quid ais? o gnata cum pereas mihi?*
- Iph.** *Minime profecto, salua sum per me tibi
Fama perennis ueniet inclycum decus.*
- Cly.** *Cuiusmodi hoc est, quod mones? an obsecro
Non conuenit lugere mortem me tuam?*
- Iph.** *Minime sepulchrum quando nec stantem mihi.*
- Cly.** *Quid? an sepulchri non sat est occumbere?*
- Iph.** *Etenim ipsa diuæ maximo natae Ioue
Mibi futura templa monumenti loco.*
- Cly.** *Age gnata in istis nunc uoluntati tuæ
Morem geram, quando ipsa dixisti probe.*
- Iph.** *V tpote beata, ac bene merens de Græcia.*
- Cly.** *Sed quid tuis renuntio sororibus?*
- Iph.** *Ne quando pullis membra uelent uestibus.*
- Cly.** *Virginibus autem quod lubenter audiant,
Quid me tuo iubes referre nomine?*
- Iph.** *Feliciter iubeas ualere. Et hunc mihi
A las Orestem, ut exoleat in uirum.*
- Cly.** *Complectere, hoc uisura postremum die.*
- Iph.** *Germane cordi unius meo carissime,
V tuncq; tu pro uiribus certe tuis
Tuæ sorori es opiulatus sedulo.*
- Cly.** *Est aliud, Argis quod uelis curarier,
In quo queam tibi facere gratantilia?*
- Iph.** *Meum parentem, coniu gem genitrix tuum
Ob ista que so facta nequid oderis.*
- Cly.** *I sti tua multum laborum gratia
Exhauriendum, atrociãq; certamina
Subeunda.*



EVRIPIDIS

- Iph.** *Verum inuinus hic me perdidit,
Consulere quærens dignitati Graciæ.*
- Cly.** *At qui uolens si faciat istuc, aut dolo,
Et indecore faciat, & parum Atreo
Dignum parente.*
- Iph.** *Me quis hinc deduxerit
Mibi prius, quam tracta lanietur coma?*
- Cly.** *Ego te sequar.*
- Iph.** *Faxis caue, neq; conuenit.*
- Cly.** *Tuis adhærens uestibus.*
- Iph.** *Mibi o parens
Obtempera mane. decorum enim id magis
Mihiquæ, tibiq;. Cæterum me quispian
Ex his ministris patris, in pratum deæ
Artemidis hinc deducat, ubi maestabimur.*
- Cly.** *Discedis cheu gnata.*
- Iph.** *Sâlicet, neq;
Reditur a rursus abeo. Cly. matre uidelicet
Num nam relicta?*
- Iph.** *Nempe sic, uti uides,
Indigne, & immerenter.*
- Cly.** *Ab mane obsecro.
Ne gnata, ne me deseras.*
- Iph.** *Haud te sinam
Stillantibus uexare lacrumis genas.
At uos puellæ Artemidifiliæ Iouis
Pæana canite, de nece, atq; obitu mei
Bene ominantes. Tum Pelasgis omnibus
Precationes, frustra q; sonent omnia.
Ac primus aliquis auspiceur tollere
E corbe frondeis. Dehinc puris ardeat*

IPHIGENIA

- Sacer ignis in prochythis. Pater porro meus
Rite fragranteis teneat aras dextera.
Etenim salutem pariter, & uictoriam
Paritura cunctæ uenio genæ Graciæ.*
- Iph.** *Ducitote me, Ilij
Diruendis mœnibus,
Phrygibusq; perdomandis
Destinatam uictimam
Serta texta porgite,
Comisq; uinciendis
Ferte Frondeis, ac pijs
Irrigationibus,
Fontibusq; sacris
Deuocate in ædem,
Deuocate in aram,
Heram Artemin potentem.
Artemin beatam.
Vt meopte sanguine,
Capitisq; cæde nostri,
(Quando hoc ita est necesse)
Fata placem munimum.*
- Ch.** *O ueneranda,
Veneranda parens,
Quomodo tibi debitas
Imperiemus lacrimas?
Nam nefas, neq; conuenit
Mifere sacra fletu.*
- Iph.** *O sodalium
Turba dulcis uirginum
Artemin communibus
Celebrate cantilenis,*



EURIPIDIS

- Ch.** *Quæ croco rubentia*
Carpenta ducit urbi
A duersa Chalcidensi.
V. *bibellicæ feruent trabes*
Nominis caussa mei,
Nempe hic reductis poruum
Aulidis secessibus.
I. *ò parens tellus,*
O Pelasgia,
Mycenæq; nostri altrices.
Ch. *Vrbem uocasti Persei*
Cyclopio labore,
Manibusq; fabricatam.
Iph. *Profecto lumen in gens*
E didistis Græciæ.
Haud quidem abnuo mori.
Ch. *Tua nanq; tete gloria*
Nullorelinquet tempore.
Iph. *I ò id*
P hæbea fax diurnæ
V ecatrix amica lucis,
O dulce lumen ætheris,
A lterum mox, alterum
E xigemus æuum,
Orbem alterum incolemus.
O blanda lux, iam mihi uale.
Ch. *Hæus Hæus*
S pectate euntem uirginem,
Troiãna per quam per gama
D euicta subruentur.
E n comante uerãce

IPHIGENIA

- Serta gestat frondea*
Iniecta militum manu.
Mox uiraginis dea
Atæ dicatum cespitem
Sacra scatente lymphæ,
Manantibusq; rimis.
Purpurante aspergite
Cruoris irrigabit.
Candido de corpore
Ceruice cum resecta
Procumbet, ac feriet solum.
Patria te manent sacra,
Te manent pelasgum
Vniuersæ copie
Classe quæ desiderant
Prygijs adire nuros,
Quod quidem ut feliciter,
Faustq; cedat illis,
Agite prognatam Ioue
Innocemus Artemin.
Semper colenda diua,
Humana cui placent sacra,
Damiliã Pelasgo
Appellere Prygium in solum,
Pepsideq; Troiæ
Sedes adire sacras.
Dauictorem Agamemnonem
Victrix cum casterna,
Pulcherrimum triumphum
In grãciam referte,
Leta uincientem



Inclytæ sibi tempora
 V iſtoriae corona.
 L aude parta nominis
 Quod uſq; uiuat, & quod
 Nullis ſeneſcat unquam;
 Intercedat ne ſculis.

Nun P ro d i t o t e ſ t i s P a t r e T y n d a r e o ſ a t a
 t i u s Q u o d i c t a c o g n o ſ c a s C l y t e m n e ſ t r a m e a .

Cly. A u d i t a m e m e u o x t u a e x i i t ſ o r a s ,
 T r e p i d a m q ; m i ſ e r e , d i r o & a t t o r i t a m m e m ,
 N u m t u m i b i a l i a m c a l a m i t a t e m q u a m p i a m
 A d ſ e r s a d h a n c , q u a e n u n c a d e ſ t ?

Nun D e ſ i l i a
 T u a , ſ u p e n d a n u n t i a b o i a m t i b i , &
 P o r t e n u o ſ a .

Cly. P r o i n d e n e c o n t e r e , ſ e d
 E x p o n e r e m , q u a n t u m p o t e s , c e l e r r i m e .

Nun Q u i n o m i b i r e g i n a d i l e c t i ſ ſ i m a ,
 R e m p r o ſ u s o m n e m l u c u l e n t e r a u d i e s .
 E x o r d i n e a u t e m c u n c t a n a r r a b o , n i ſ i
 S i q u i d m e m o r i a e l a p ſ u s , e r r a n t e m m i b i
 I n t e r l o q u e n d u m l i n g u a m i t e m u r b a u e r i t .
 V t i g n u r i n l u c u m d e a p e r u e n i m u s .
 A r t e m i d i s , a t q ; i n ſ t o r u l e n t a p r a t a , u b i
 A d e r a n t A c h i u m c o n g l o b a t a e c o p i a ,
 T u a m c a t e r n i s p r o ſ e q u e n t e s ſ i l i a m ,
 G l o m e r a t a c o i j t i l l i c o A r g u u m p h a l a n x .
 S i n u l a t q ; p o r r o d u c t o r A g a m e m n o n u i d e t
 M o x i m m o l a n d a m i n l u c u m e u n t e m u i r g i n e m ,
 G e m i n u m p r o ſ u n d o d u c i t a l t u m p e c t o r e ,
 R e t r o q ; ſ l e x o u u l u a m a m a r a s l a c r y m a s

P r o ſ u d i t o c u l i s , o r a u e l i s o b t e g e n s .
 A t i l l a p a t r i p r o x i m e a ſ ſ i ſ t e n s ſ u o ,
 H a e c e l o c a t a e ſ t . O p a r e n s a d ſ u m t i b i ,
 E t h o c c e c o r p u s p r o ſ a l u t e p a t r i a e ,
 P r o q ; u n i u e r ſ a G r a e c i a t r a d o u o l e n s .
 V t i m m o l a n d u m h i n c a d d i c a t a s n u m i n i s
 D u c a t i s a r a s , q u a n d o d i u u m o r a c u l a
 I t a c a n u n t . P r o ſ u m q u o d a d m e p e r t i n e t
 E t r e m g e r a t i s b e l l i c a m f e l i c i t e r ,
 L a e t a q ; u o b i s p r a e m i u m u i ſ t o r i a e
 C e d a t , p r o i n d e i l l u d p r e c o r , n e c l a n c u l u m
 M i b i P e l a ſ g u m q u i ſ p i a m a d m o u e a t m a n u m ,
 N i b i l r e l u c t a n s c o l l a p o r r i g a m , a c u o l e n s .
 A t q ; h a e c q u i d e m e ſ t e ſ ſ a t a . C a e t e r u m ſ u p o r
 O m n e i s c a p i t , r o b u r u e n t e i s u i r g i n i s ,
 E t u i r g i n a l i s a n i m i c e l ſ t u d i n e m .
 T a l t h y b i u s a u t e m c u i u s h a e p a r t e s e r a n t ,
 M e d i a P e l a ſ g o r u m i n t e r a ſ t a n s a g m i n a ,
 B e n e u t o m i n e n t u r c o p i j s , d e n u n t i a t ,
 L i n q u i s q ; ſ a u e a n t d e i n d e ſ a n d i c u s c e l e r
 C h a l c a s i n a u r o i n t e m i r a n t e m ſ p o r t u l a m
 N u d a n s , & e l o c u l i s a c u t u m p r o ſ e r e n s
 I m p o n i t e n ſ e m , a c u i r g i n i s ſ t a u u m c a p u t
 S e r a s r e u i n c i t f r o n d e i s . T u m p e l e o
 E d i t u s A c h i l l e s , ſ p o r t u l a m g e ſ t a n s ſ a c r a m ,
 S a c r a s q ; p e l u e i s c e l e r e c u r ſ u , n u m i n i s
 O b i b a t a r a s , ſ i m u l & h a e c p r e c a t u s e ſ t .
 A r t e m i ſ e r a r u m m a g n a d o m i t r i x , a c I o u i s
 V e n e r a n d a p r o l e s , q u a e n i t e n t e m l u m i n i s
 B l a n d i ſ a c e m a l t o n o c t i ſ ſ u m ſ i l e n t i o
 V e ſ t a r e ſ o l i t a e s , p l a c i d a ſ i n e u i c t i m a m h a n c ,



EVRIPIDIS

Quam tibi damus, simul Pelasgum exercitus,
 Simul & Agamemnon imperator agminum,
 Intaminatum sanguinem, qui uirginis
 Pulcherrimæ manabit e cervicibus.
 A c dextra classi prosperum cursum annue,
 Liccatq; nobis Marte capere per gama.
 Stant inter hæc fratres Atrida, omnisq; item
 Exercitus, solo tenentes lumina.
 Atq; ibi sacerdos, ense correpto manu
 Rite est precatus, deinde dispicit locum,
 Qua commode iugulum feriret uirginis.
 Mentem mihi baud exiguus occupat dolor;
 Stabamq; mæstus hora, defigens solo,
 Oculosq; pronos. Ceterum subito noua,
 Visuq; mira res ibi accidit, sonum
 Plagæ per auras nemo non sensit palam,
 Porro puella, nescio quonam loci
 Euauit subducta. Tum uocem stupens
 Tollit sacerdos. Turba Graiij exercitus
 A cclamat uniuersa, dum quoddam uidet
 Mirabile ostentum a deorum quopiam
 Conspectibus spem præter obiectum suis.
 Quod credier nequibat, ac ne tum quidem
 Oculis ubi coram pateret testibus.
 Siquidem iacebat cerua palpitans, humi,
 Visenda uasti mole mira corporis,
 Specie decente insignis, ac spectabilis,
 Cuius cruore imbuta numinis affatim
 Vndabat ara. Proinde Chalceas interim
 Quentum putas gauisus, hæc e ffatus est,
 Huius pelasgum principes exercitus

Communis

Communis hanc coram uidetis hostiam,
 A ltaribus quam diua supposuit suis,
 Ceruam uolucrem? En hanc te uirginis uice
 A mplectitur libentius, nequid suas
 Commaculet aras nobilis uirgunculæ
 Cæde cruenta, & hocce consulit uolens
 Boni, acceptiq; ac prosperos per æquora
 V ndosa cursus annuit nobis, uti
 Priameia liceat classe adire per gama,
 Quapropter omnes classe uecti milites
 A ninum bonum, fiduciamq; sumite,
 A c penite nauicis, hoc enim nobis die
 Curuis relictis portuum secessibus
 A ulidis, aranda Aegæa ratibus æquora.
 V t penitus autem uictima est uulcanis
 E xusta flammis, tum precatus prospera est
 S acrificus, ut reditus secundus ab Ilio
 V ictricibus domum darentur copijs
 A t me tibi transmisit Agamemnon, uti
 H æc nuntiarem, ac certiozem redderem,
 Ipsi deum quid accidisset numine.
 E t ut pararit sibi per omnem Græciam
 F amæ decus, quod nulla prorsus secula
 O blitter abuit ast ego uidelicet,
 Quod ipse præsens his & oculis uiderim,
 I d narro, proles ad deum consortia
 T ua subuolauit Proinde quod reliquum est, age,
 I stam remittas mentis ægritudinem, ac
 T uo marito desinas irascier.
 • Inopina diuum fata, quosq; diligunt,
 • seruant. hic unius filiam mulier tuam



UNIVERSIDAD
 DE SALAMANCA

GEDOS USAL

- Et mortuam conspexit, & uiuam, dies.
- Ch.** Vi ista uolupte est, tibi ferentem nummum
A uide, porro caelinum in consortio
Transigere uitam pignus affirmat tuum.
- Cly.** Quis te deorum gnata rapuit?
Qua te compellabor ite?
Quid dicam, aut quid suspicer? an ne hoc
Mihi frustra blandirer his uerbis,
T risi ut lectu tui desistam?
- Ch.** At qui huc Agamemnon uenit ductor,
Vnde hęc ipsa possis audire.
- Ag.** Vxor, beati filie causa sumus
Forsan futuri, quippe certum est, caelinum
Illam in deum manere contubernio.
At tibi puello hoc pariter abducto, domus;
Repetenda, siquidem ut navigare copie
Properent, uides. Valeto, colloquar diu
Troia reuersus, & interim tibi sit bene.
- Ch.** Felix Atrida terram adi phrygiam,
Felix redito.
Mibi pulcherrima abs Troia spolia huc reportans.

FINIS.

Erasmii Rotrodami de laudibus Britan̄ie, Regisq̄
Henrici Septimi, ac regionum liberorū, carmine
hexametro, & Iabico trimetro acataleffico.

BRITANNIA LOQVITVR.

Iactare licet magnorum munerā diuū,
Sibiq; uerisfas placare dotibus,
Cur mihi nō uidear fortunatissima tellus.

- Digna est malis, bona quę parum nouit sua,
Vltima lanigeris animosa est India lucis.
Suis superbus est Arabs odoribus.
Thuriferis gaudet Panchaia diues harenis.
Ibera flumen terra iactat aureum.
Aegypto faciunt animos septem ostia Nili,
Laudata Rheni uina tollunt accelas.
Lætata nec uberibus sibi displicet Aphrica glebis.
Hęc portubus superbit illa mercibus
At mihi nec fontes, nec ditia flumina desunt,
Sulcā ue pingues, prata nec ridentia.
Fœta uiris, fœcunda feris, fœcunda metallis.
Ne glorię, q̄ ambiens largis opes,
Porrigit Oceanus, neu q̄ nec amicus ulla
Cælum, nec aura dulcius spirat plaga.
Serus in occiduas mihi Phœbus conditur undas,
Sororq; noctes blanda ducit lucidas.
Poffem ego laudatū contemnere uellera Bœti.
Vbi nullus albis mollior bidenabus?
Et tuanon nequeam miracula temere Memphi.
Verum illa maior, iustiorq; gloria,
Quod Latij, q̄ sum celebrata Britannia Graijs,
Orbemi uentus, q̄ uocauit alterum.
Non tamen hic iactō: nam sunt antiqua sed inde
Attollo cristas, ac triumpho serio;
Quod mihi rex pulchri pars ē pulcherrima regni,
Rex unicum huius seculi miraculum.
Instructus pariter Martisq; & Palladis armis,
Belli perinus, pacis est amantior.
Indulgens alijs, sibi nil permittit, habenas
Suis relaxans ciuibus, stringit sibi.

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GEDOS USAL

Hoc regnum ille putat, patria carissimus esse
Blandus bonis, scilicet timendus impijs,
Non Decijs sua Roma, suo non Atina Codro
Purior fuit, factis redempta munis.
Numinis ac caeli tanta est reuerentia quanta
Nec erat Metello, nec marito Aegeria.
Non mellita magis Pyllo facundia regi,
Nec Caesari mens maior, aut sublimior.
Nec Mæcenati uel dextra benignior unquam,
Vel sanguinis tam magni parsimonia.
Credens Aeneas Veneris de semine cretus.
Dicitur parente Scipio satus Ioue.
Quid si prisca meum uidissent secula Regem,
Hoc ore tam decente, tali peffore?
Non ne Iouem humanis ipsum succurrere rebus,
Nostro latentem credidissent corpore?
Atque hic semper erit magni mihi numinis instar,
Mæus hic Apollo seculi pater aurei.
Hoc oriente meis gens ferrea cessit ab oris,
Fraudes reuersa Astrea disfulit malas.
Non secus ac toto uanescunt sidera caelo.
Simul ore Titan emicauit igneo.
Claudere iam Ianum fas est, iam ducere longas
Custode rerum tam potente ferias.
Me miserum cur huic æternos Iuppiter annos
Non addidisti, cuncta cum donaueris?
Nolunt nostra suis æquari numina regnis.
At si qua magnos uota tangunt caelites,
Seruus sidereas certe referatur in arces,
Fatale sera flamen amputet Atropos.
Finijt Alcides speciosos morte labores,

Debetur alium regibus caelum bonis.
Hinc repetant superi, sed nam, cum Nestoris aui,
Vbi senectam uicerit Titoniæ
Et uiuet tamen usque mihi, dum regia proles
Referat parentis nomen, os, & indolem.
Quæ mihi purpureis iam quina adolescit in aulis,
Regum summi tres patres, matres duæ.
Non aliter pictis Pesti uernantis in horis,
Almo nitentes rore pubescunt rosæ,
Formosæ Veneris stros acceptissimus, & quo
Nec spirat alter, aut renidet blandius,
Nec cui nexilibus sit gratia tanta coronis,
Ambire solus regiam dignis comam.
Hic ubi cultoris lasciuia industria docti,
Miscere gaudet puniceis candidis,
Plurimaque in spina rutilat rosa, & albicat, una
Vt lacteum si nuricium gas ebur.
Omnibus idem odor est ros omneis educat idem.
Eadem iuuenta, forma par idem frutex.
Atque eadem tellus succo nutrit eodem,
Fouentur auris isdem, eodem sydere.
Sunt duo, quæ uariant, cognataque; germina pulchros,
Aetas, colorque; diuidunt discrimine.
Hæc modo nata, latet prope cortice tota uirenti,
Tenuique rima tenera lucet purpura.
Hæc niuei tantum fastigia pronilit oris,
Sensim at debescens turgidus rumpit sinus.
Exerit hæc tonam discissa ueste nucronem,
Clauas minata iam comas euoluere.
Illaque lacteolos non dum exinuauit amictus,
Vix credit auris tam rudes ad hoc opes.



Candida sed tenui suffunditur ora rubore,
Seu fratris hic est, siue sideris color.
Maximater sereno foliorum gaudet honore,
Tyrio micantes explicans ostro comas.
Non sic lana rubet bis concha imbuta marina,
Non sic eois Phœbus emergens aquis.
Nec solum aridet pulchro uenientibus ore,
Luteola sed iam pollicetur semina.
Hic meus Arcturus, qui nominis omine felix,
Virtute reddet, quem refert uocabulo.
Aspice quod specimen generosæ frontis in illo est,
Vt lucet oculis uiuidus mentis uigor.
Praecoqua nec tardam expectat sapientia pubem,
Præuerit annos indoles ardens suos.
Talis Iesides, illiq; simillima proles,
Hic cum timendas dissecat puer feras.
Hæc quando ancipitem ponit dissoluere litem,
Malamq; fraudem fraude docta prodere.
Proxima consequitur nympha, quæ nomina ducit
Ab uuone, Persici sætu maris.
Omine delector, blando candore lapillus
Placet pudore Margarita lacteo.
Hic teres est, nec inæquali leuore rotandus,
In Margaritæ micribus scabrum nihil.
Est noua cum liquido gemmæ cognatio cælo.
Claret sereno sole, pallet nubilo.
At mea uirgo pijs est addictissima diuis,
Cælumq; manuit, quam uagum pelagus seq.
Hanc qui cum socijs uidisset ludere nymphis,
Habiliq; fratrem, tela torquentem manu,
Aureus hic Phœbus, soror hæc argentea Phœbi e,

Per ipsa iuret alma phœbi lumina.
Iam puer Henricus genitoris nomine letus,
Monstrante fonteis uate Laurigero sacros,
Palladias teneris meditatur ab unguibus artibus,
Quam nullus illi lucet in uulsi pater.
Talis in Ascario renitebat imago parentis,
Sic pulchram Achilles ore reddebat Tethyn.
Nescio quid Maria præclari spondet ab ipso
Nunquam occidentis sideris cognomine.
Sed cunas Edmonde tuas quo carmine dicam?
Adeste pleciris huc Sorores aureis.
Et puero fidibus placidos accersite somnos,
Ac sefceninis infenate uersibus.
Muneribus blandis uenabula spargite nympha,
Aggerite, quicquid est odori graminis.
Ambrosiam, Casia. Caltidq;. Thymiq;. Crociq;
Et Syra Amoma, nec insuauem Amaraum,
Tum forum mille species, ac mille colores,
Sed plurima omneis inter ardeat rosa.
Hanc urbã, hæc niue a pulchris miscete corollis,
Gaudet paternis parua proles floribus.
Vos precor o puero date uellera candida Parca,
Et atq; fausto molle stamen pollice.

FINIS.

Erasmii Rotrodami ad Gulielmũ Copũ Basiliẽ
sem De senectutis incõmodis, Heroico car
mine, et lãbico dimetro catalectico.

Nica nobilium medicorum gloria Cope,
Seu quis requirat artem,
Sine siadẽ spectet, seu curã, in quolibet hore,

Vel iniquus ipse nostro
P raecipuos tribuit Gulielmo, liuor honores.
Cedit, fugitq; morbi
I ngenio genus omne tuo. teterrima porro
S enecta, morbus in gens,
N ullis arceri ue potest, pelli ue medelis,
Quin derepente oborta
C orporis epotet succos, animiq; uigorem
H ebetet, sinul trecentis
H inc atq; hinc stipata malis, quibus oia carptim
V ellitq; deterritq;
C onmoda, quae scum subolefcens uexerit aetas,
F ornam stauum. colorem.
P artem animi memorē cū pectore lumina, somnos
V ireis, alacritatem.
A utorem uitae igniculum decerpit, & huius
N utricam liquorem,
V itales adimit flans. cum sanguine corpus.
R ifus. iocos. lepores.
D eniq; totum hominem paulatim surripit ipsi,
N eq; de priore tandem,
P ræterquam nomen, titulumq; relinquit inanem
C uiusmodi tuemur
P assim marmoreis 'in scilpa uocabula bustis.
V trum hæc senecta quaeso,
A nmors lenta magis dicenda est? inuida fata, &
I mpendio maligna,
V t quae deteriora labantis stamina uitæ,
P ertinace tanta
A ccelerare uelint, rapidisq; allabier alis.
A t floridam iuuentam

V sque adeo male præcipit decurrere filo,
V t illius priusquam
C ognita sat bona sint, iam nos fugitiua relinquāt
E t citius, atq; nosmet
P lane uiuere senserimus, iam uiuere fracti
R epente desinamus.
A t cerui uolucres, & cornix garrula, uiuunt
T ot seculis, uigentq;
V ni porro homini post septima proanus, idq;
V ix dum peracta lustra,
C orporeum robur cariola senecta fatigat.
N eq; id satis, sed ante
Quā decimum lustrum uoluitans absoluerit aetas,
T entare non ueretur
I mmortalem hominis, ductamq; ex æthere ptē.
E t hanc laceffit audax,
N ec timet ingenij sacros incescere nervos,
S ua si fides probato
C onstat Aristoteli. sed quorsiam opus 'obsecro tãto
A utore, quando certam
I psa fidem, heu nimium facit experientia certã.
Quam nuper hanc Erasmus
V idisti media uiridem florere iuuenta?
Nunc is repente uersus,
I ncipit urgentis senij fenniscere damna,
E t alius esse tendit,
D issimilisq; sui. nec adhuc phœbeius orbis
Quadrages reuexit
N atalem lucem, quæ bruma ineuente calendas
Quinta anteit nouembreis.
N unc mihi iam raris sparguntur tempora canis,

Et albicare mentium
Incipiens, iam praeferias uernantibus annis,
Vita monet cadentis
Aduentare hyemem, gelidamq; instare senectam.
Eheu fugacis obit
Pars uelut melior sic & properantior aeni
O seculi caduca
Flos nimium breuis, & nulla reparabilis arte,
Tenera o uiror iuuentae,
O dulces anni, o felicia tempora uitae,
Vt clanculum excidistis,
Vt sensum fallente fuga, lapsuq; uolucris,
Furam auolastis, obe.
Haud simili properant undosa relinquere cursu
Virideis fluentis ripas.
Impete nec simili fugiant caua nubila, siccis
Quoties aguntur Euris.
Sic sic effugiunt tacitae uaga somnia noctis,
Simul auolante somno,
Quae desiderium, curas & praeter inaneis
Sui nihil relinquunt.
Sic rosa, quae tenero modo murice tincta rubebat
Tenui senescit haustro
Atq; ita (me miserum) nuabus dum ludo puellus,
Dum litteras ephoebus
Ardeo, dum scrutor pugnasq; uiasq; sophorum,
Dum rhetorum colores,
Blandaq; melliflua de amo signenta poesis,
Dum necto syllogismos,
Pingere dum meditor tenuis sine corpore formas,
Dum sedulus per omne

Autorum uoluer genus impiger, undiq; carpo
Apis in modum Matinae
Paedias solidum capiens absoluer cyclum
Sine fine gestienti,
Singula correptus dum circumuektor amore,
Dum nil placet relinquere,
Dumq; profana sacris, dum iugere graeca latinis,
Sudeoq; moliorq;
Dum cognoscendi studio, terraq; mariq;
Volitare, dum niuofas
Cordi est, et iuuat, et libet ereptare per alpeis,
Dulceis parare amicos,
Dum studeo, atq; uiris iuuat innotescere doctis,
Furum inter ista pigrum
Obrepsit senium, & subito se gescere iureis
Mirorq; sentioq;
Vixq; mihi spatium iam defluxisse ualentis
Persuadeo iuuentae.
Cur adeo circumspecte, parceq; lapillis,
Cur purpuris, & ostro
Mortales ueniar, & aetas aurea, tanto
Pretiosior lapillis,
Et quouis auro, quouis pretiosior ostro
Prodigiur, inq; nugis
Conteritur miseris, nullo necorditer usu,
Sinirurq; abire frustra?
Adde q; illa quae ant sarciri perdit, Crassos
Speres tibi licebit,
Et Lydos speres Cræsos, iam Codrus, & Irus.
Sed quod semel seuera
Pensilibus fisis Clotho deuoluerit aenum,

I d nec uenena Circes,
N ec magicum Maia nati gestamina, sceptrum
N eq; dira thessaliorum
M edea succis reuocare precamina possint.
N on si uel ipse diuum
N ectare te sauret pater, ambrosioq; liquore.
N anq; his ali uuentam
A rceri scinum scripsit nugator Homerus.
N on si tibi effica
R ore riget corpus Titboni Lutea coniunx.
N on si ter, ocfiesq;
P haon per chias Veurem transuexeris undas.
N on si tibi ipse Chiron
O mneis admoueat, quas tellus proscribit, herbas.
N ec annulus, nec ulla
P harmaca cum neruis annos remouantur euntis.
A t qui ferunt magorum
M onstrifico sisti torrentia flumina canni,
I si dens ferunt relabi
P raecipites amnes uerso in contraria cursu,
E t Cynthia uolucres.
E trapidat phoebe sisti, si q; quadrigas.
S ed ut haec suspenda possint
C armina, no speres tamē improbus, ut tibi quōdā
A ut iam peracta uitae
S ecla iterum referant, aut praetereuntia sistant.
S ol mergitur, uicissimq;
E xoritur nouus, & niūdo redit ore serenus.
E xincta luna, rursum
N ascitur, inq; uices nunc decrescente minuta
S ensim senscit orbe.

N unc uegeta aridet tenero iuueniliter ore.
Redit ad suam iuuentam
B ruma ubi consenuit Zephiris redemptibus annus,
E t post gelu, niueisq;
V er nitidum floresq; reuersa reducat hirundo.
A t nostra postea quam
F eruida praeterijt seclis labentibus aetas,
V bi tristis occupauit
C orpus hyems, capitisq; horrenna tēpora post quā
N iue canere densa,
N ulla recursum spes, aut successio ueris,
V erum malis supremum
I mponit mors, una, malorum maxima, finem
M ore phrygum inter ista
I ncipimus sero sapere, & dispendia uitae
I ncogitanter actae
P loramus miseri, & consumptos turpiter annos.
H orrenus. execramur.
Q uae quondā heu nimis placuere, & q; uehemēter
M ellita uisa dudum,
T um tristi cruciant recolentia pectora felle.
F rustraq; macerantur
T amarum sine fruge bonum fluxisse, qd omni
B ene collocare cura,
P ar erat, & nullam temere disperdere partem.
A t nunc mihi oscitanti
Q ualibus heu nugis, quanta est data portio uitae.
S anis hactenus miselle
C essatam, satis est dormium pellere somnos
N unc tempus est Erasne,
N unc expergisci, & tota respicere mente

Velis debinc equisq;
Et pedibus, manibusq; & totis deniq; nervis
Nitendum, ut ante acti
Temporis, ut studio iactura uolubilis aui
Vigilante sarcinaur,
Dum licet, ac dum tristis adhuc in limine primo
Consistimus senectæ.
Dum noua canities, & adhuc numerabilis, et dū
Pilis notata rarīs
Tempora duntaxat spatium effluxisse iuuentis
Iam clamitat iuuentæ,
Nec tam præsentem iam testificantur adesse,
Quam nuntiant, citatim
Ferre gradū, & sterilē procul aduentare senectā.
Cuiusmodi uidentur
Tum rerum facies, cum autumnū frigore primo,
Iam uernus ille præis
Decessit decor, ac languescunt lumina florum.
Iam iam minus nitentis
Herbas affrines boreasq;, geluq; nocentis
Iam prætinere brumæ.
Ergo animus dum totus adhuc constatq;, uigetq;,
Et corporis pusillum
Detrimēta nocent age iam meliora sequamur.
Quicquid mihi deinceps
Fata aui superesse uolent, id protinus omne
Christo dicentur uni.
Quo cui uel solidam decuit sacrariæ, ut cui:
Bis, terq; debeant,
Principio grātis donata, hinc reddita grātis,
Tonēsq; uindicata,

Hic saltem pars deterior, breuiorq; dicitur.
Posthac ualete nūq;
Fuatæq; uoluptates, risusq;, iocūq;,
Lusus, & illecebræ,
Splendida nobilium decreta ualete sophorum,
Valete syllogismi.
Blandæ pegasides, animosq; trabennia Pithus
Pigmenta, flosculiq;.
Pestore iam soli toto, penitusq; dicato
Certum est uacare Christo.
Hic mihi solus erit studium, dulcesq; camæna,
Honos, decus uoluptas
Nimiam solus erit, neq; quicquā ea cura (quā aiunt)
Monebit Hippoclidem.
Terrea si moles, compagoq; corporis huius,
Marcescet obsolescens,
Mens modo pura mihi, scelerumq; ignara, p̄ illum
Niteatq;, floreatq;,
Donec summa dies pariter cum corpore mentem
Ad pristinum nouata
Coniunctum reuocabit, & hinc iam uere perenni
Pars utraq; fruatur.
Hæc facito, ut rata sint, uitæ exorabilis auctor,
Vitaq; uindicatæ,
Quo sine nil possint unquam mortalia nota, &
Vires labant caduca.

Impressum Florentiæ per hæredes Philippi Iunioris
tæ. Anno. D. XVIII. à christiana Saluatore
te supra mille mense Decēbris
Leone. X. Pontificis.



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA